



Msc. Dresd.
966

un. I. li.
100
11

Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include the words "am 1. April 1812" and "No. 100".

CA.

Fundamentum Liberi Reli-
^{Evangelicae}gionis Exercitij in Po-
lonia.

16

CONCORDIA

LIBERAE

ET

A

16

16

16

16

16

16

16

16

17

17

Handwritten text, possibly a title or header, written in a cursive script.

Handwritten text on the right margin.

Handwritten text on the right margin.

FUNDAMENTUM LIBERI EXERCITII
Religionis Evangelicæ in Polonia et M. D. S.

Accensâ, circa Annum 1517. in vicina Germania Evange-
lij Luce, statim diversis in locis Regni Polonia, hæc reformatâ pro-
pullulabat Doctrina, et quidem eò cum successu, ut non ex Ordine
solum Equestri inferiore plurimi, sed et ex Ordine Superiori, sive Senatu,
non pauci, in bonis et ditione quisque sua, per Ministros ex Bohe-
mia et Germania rite vocatos, Sacra secundum Evangelium reformatâ,
liberrimè exercuerint. Et ut hoc Exercitium altiores ~~radices~~ radices
agere, etq; successu temporis felicius succrescere possit, non solum
a° 1563. in Comitijs, Evangelici Reformati Confessionem suam typis
exscriptam obtulerunt Sigismundo II. Augusto, ab eòq; responsum
sive potius Confessionis hujus approbationem, Petricoria a° 1564.
d. 31. Oct. obtinuerunt, sed abhinc etiam per sexennium, Synodis
suis passim liberè habitis, tandem a° 1570. Synodum Generalem
seu Nationalem, in Aprilis, SENDOMIRIÆ, celebrant, in eaq;
CONSENSUM MUTUUM, inter Augustanos et Reformatos, sta-
biliment, cum Approbatione et Subscriptione plurimorum tam
ex Senatois quam Equestri Ordine: uti hæc Acta typis exscripta,
et per universam Europam vulgata, abundè testantur. Nulla
tum factâ, imò ne auditâ quidem, contra hanc Exercitij Evan-
gelici Libertatem, Partis Romano-Catholicæ Protestatione.

Post obitum Regis SIGISMUNDI AUGUSTI, facta est
CONFEDERATIO OMNIUM ORDINUM REGNI, War-
savia a° 1573. in Januario: in hac, quam sollicitè Nobilitas
Libertatibus suis, non in Civilibus tantum, sed et in Spiritua-
libus cavent, ostendunt Verba, in Volum: Constit: p: 208. 209.
In Regem non consentiendum prius, quam Jura Nostra omnia
post Electionem illi offerenda, jurejurando confirmarent, "
A mia nonicic fo poprzytygdz, etc: etc: hoc est: Inprimis "
venè jurejurando recipiat, Pacem Universalem inter Dis- "
sidentes in Religione conservare et tueri. A iz w Dzewygo "
spolitey naszey nie maie jest Dissidium, etc: hoc est: Quando, "
quidem autem in hac Republica, non parvum reperitur dis- "
sidium in causa Religionis Chriana; occurrendo, ne eâ de "
causa inter incolas perniciofa aliqua Seditio oriatur, cujus "

„ Exempla in alijs Regnis luculenter videmus, mutuo promittimus, pro
„ Nobis et Successoribus Nostris, in perpetuum, sub vinculo Juramenti, sub
„ fide, honore, et conscientijs Nostris, quod nos, qui Dissidentes in Religio-
„ ne sumus, mutuam invicem Pacem conservare, neque ob aliquam di-
„ versitatem in Sacris, sanguinem effundere, neque poenis Confiscatio-
„ nis bonorum, infamia, Carcerum et Exilij, invicem animadvertere,
„ neque alicui Magistratui siue Officio, ad eiusmodi factum ulla ratione
„ auxilium ferre velimus. Imò, quod si quis tale quid patrare praesu-
„ mat, hac sola de causa omnes huic ausui sese opponere tenebi-
„ mur, etiamsi sub praetextu Decreti aut Processus alicujus Judicii
„ aij id obtinere conatus fuerit.

Hac Confederatio confirmata fuit in ARTICULIS PACTO-
RUM CONVENTORUM, inter Ordines Regni et Legatos Hen-
rici Regis: ubi dicti Oratores recipiunt et spondent nomine Le-
vissimi Electi, Omnia Jura, etc: circa Electionem Regis
sui sancita, integre et inviolabiliter eum servaturum, atque etiam
Juramento Corporali, confirmaturum pp. Inter haec vero Jura
vel imprimis Confederatio Generalis locum sibi vindicat.

In JURAMENTO vero, à Rege tum solemniter
praestito, his verbis cavetur Libertati Relig: Anglicae:
„ Pacem et tranquillitatem inter Dissidentes de Religione
„ tuebor, manu tenebo, nec ullò modo vel jurisdictione
„ Nostra, vel Officiorum Nostrorum et Statuum quorumvis
„ autoritate quemquam affici opprimique causa Religionis
„ permittam, nec ipse afficiam, nec opprimam. Si me Deus

Hac Confederatio luculentius adhuc est confirmata in
Literis Confirmationis Articulorum Henrico Regi antea oblati-
rum, Vid: Volum: Condit: p: 253. Artic: 2. A iz wstey zácnny
Koronie Starodu Polkiczy, etc: etc: h.e. Quandoquidem in hoc
„ illustri Regno Pentis Polonicae et Lithvanicae, Russicae, Livonicae, et
„ non pauci reperiantur Dissidentes in Religione, occurrendo qui-
„ buscunque in posterum Peditibus et tumultibus, et inde liti-
„ bus aut certaminibus Religionis causa oriundis; caverunt sibi
„ invicem quidam Cives Regni huius, peculiari Confederatione,
„ se in causis Religionem concernentibus, omnino in pace conser-

vari debere, quam quidem Nos illis integre et in perpetuum con-
servare promittimus.

Nulla hic Exceptio à Rege Henrico facta; imò, hæc ejus
Verba reperiuntur pag: 257. Literis hinc subscripta: Vos qui-
dem Articulus seu Leges, etc: confirmamus per presentes
Literas Nras, decernentes illas perpetua, indubia, et invio-
labilis firmitatis robur obtinere debere. Dantes insup potestate
Cancellario Regni, ut eorundem Articulorum seu Legum Confirmati-
onem sub sigillo Regni, Ordinibus ac Subditis Nostis, qui eam requi-
rent, extradat, Non obstante ulla exceptione, seu quovis
in contrarium mandato.

Regis Stephani INDEMENTO, Libertati Dissidentium
perinde ac à Rege Henrico, per omnia cautum:
Vid: Volum: Constit: pag: 250.

In LITERIS PACTORUM et CONVENTORUM: p: 252.

Omnia fura, etc: nec non Articulus in Electione Henrici R.
conscriptos, et ab Ordinibus, oblatos, primum hic Warsaviz ab ipsi-
Legatis, deinde Parisijs ab utroque Rege publico Juramento appro-
batos confirmabit.

Subscripsit: STEPHANUS Electus Rex.

Similiter LITERAS CONFIRMATIONIS Articulus
Henrico Regi antea oblatorum jure jurando confirmavit et sub-
scripsit

STEPHANUS Electus Rex.

In LITERIS CONFIRMATIONIS GENERALIS, p: 259.

In hunc etiam Articulum de Dissidentibus, omnes et singuli,
nemine contradicente consenserunt. Quod verò supra
hinc Literis, Privilegia, Libertates Ecclesiasticas cum ceteris
his confirmavimus, id nihil Articulo Juramenti derogare
volumus, videlicet Pacem et tranquillitatem inr Dissidentes de
Religione tuebimur et manu tenebimus, etc: quem inconcusse
firmiter et inviolabiliter, ac cum effectù Nos observaturos
promittimus ac spondemus.

STEPHANUS R.

A tak my wyżej pomienione Rady, etc. etc.

In CONFIRMATIONE GENERALI omnium
Jurium, pag: 270.

In hunc Articulum de Dissidentium Libertate, omnes consense-
runt, et subscripserunt primaria Nomina ex Clero Romano
atque Ordine Senatorio et Equestri, pag: 271. 272.

Ut integritati Articuli hujus nihil omnino deesset, in hisce
ipsis Comitibus Coronationis, hic Articulus, ejusq' Confirmatio
repetitur, et in Leges censetur, pag: 275.

A iz wley zacney Koronie Narodu Polskiego, etc. etc.

Id quod alter eorundem Comitiorum Statuto luculentius
confirmatur, pag: 295. sub Tit: Interregni Acta,

Wszystkie Sprawy, Confederacye, Warunki, przeszlych cza-
son Interregni, etc: skutek swoy miei maju.

Quandocumque igitur hic Articulus, una cum alijs, tot In-
strumentis, Subscriptionibus, tam Spiritualium quam
Secularium, insuper Juramento Regis et Statuto Comi-
tiali, sine ulla Exceptione, Contradictione aut Protestatio-
ne, assertus ac confirmatus fuerit, Litis jam eundem
Autoritatem Perpetuae Legis habere, regantur!

Mortuo Rege Stephano, subsequutum est INTERRE-
GIUM, ubi quemadmodum Confederatio illa in
specie ratione Pacis Dissidentium, conservata et ad-
probata sit, Vid: Cont: pag: 399.

Acta Confederationis Dissidentium de Religione, iz
przedtrzege Pokoju, etc: etc: in robore suo relinquimus.

Quod repetitur et approbatur, in Instrumento KAPTUL,
pag: 404. Przyrzekamy teci y postanawiamy, etc:

” Ibidem, Jurium hujus Confederationis participes faci-
” unt, isq' gaudere jubent omnes Urbes, Oppida, cujuscunque
” Status et Conditionis Homines, nullis exclusis, decernendo,
” ut violatores eorum Poenis ibid' decretis succumbant.

Subscripsit, inter alios, Petrus Myszkowski, Episcopus
Bracurienfis, pro se et alijs tum absentibus

” Subsecuta est CONFEDERATIO VARSAVIENSIS
in qua Confederatio illa prior, inter Statuta denuo
recepta, pag: 409. circa finem, Subscripsit inter
alios etiam Episcopus Kameneensis Laur: Poticki.

In CONSULTATIONE circa necessaria quaedam Reip:
Palatinatus Sandominiensis, pag: 423. eadem Con-
 federatio ratione Articuli Dissidentium, expresse et
 plenissime confirmatur.

My Rady y Rycerstwo, etc.

In Consultatione posteriori ejusdem Palatinatus

Violentia per Destructionem et eversionem Ceteri Cracoviensis "
 gravissima Censura rotatur; et ne simile quid in posterum fi."
 at, severe statuitur. pag: 424.

Subsecuta est Electio sigismundi iii. Var.

Savia, ubi cum Legatis Pacta à Sermo Rege subscribenda pro-
 ponerentur, expresse fit mentio Confederationis inr Dissidentes
Confederationem inr Dissidentes de Religione, non solum sum."
 mentio conservabit; venum etiam executionem, etc. pag: 453."

Sigismundus Rex in Juramento, isdem ver-
bis, quibus ante eum Reges, Dissidentium secu-
ritati in Saeni, carit, pag: 447.

In Confirmatione Jurium pag: 449. satis provide: "

Quod vero supra hinc literis, Privilegia Libertates Ecclesiasticas cum "
caeteris confirmaverimus; id nihil Articulo huius Juramenti derogare "
volumus, Quod videlicet pacem et tranquillitatem, etc. etc. Sub-
scripserunt, Archiepiscopi, Episcopi, et alij, sine ulla Contradictione.

Quanta sollicitudine Paci huic Dissidentium Rex

Sermus cautum voluerit, legi omnino merentur

Verba in recessu Comitiorum Coronationis, p: 490. 491.

Jakomy Confederacija, a wniey Pokoy, etc: n.e. Quemadmodum "
Confederationem, et in ea Pacem inr Dissidentes in Religione Christiana, "
primum Oliva, deinde hic in Coronatione Nra, manu tenere et tueri "
pax jurando promissimus, ita eadem semper fuimus sumusq; mente "
ut Processus et Executio utriusque Parti fierent, contra Violatores hujus "
Pacis sufficienter constitueretur. *addatur sequentia immediate apud Karane byty.*

Et quia Tribunal Regni hanc etiam Pacem Dis-

sidentium Secretis quibusdam turbare pra-
sumebat, Cautum est in Comitibus A. 1627.

pag: 9. sub Tit: O Dekretach Trybunalstich. *repet: a. 1638. p. 14.*

Quoniam Tribunali nulla data est potestas Legum con- "
dendam, sed solummodo secundum Leges a tota Republica statutas "

„ iudicare tenetur, proinde causas in Volumine Legum non descriptas,
„ neq; ad iudicandum admittere, neque poenas irrogare, nec ipsam quem-
„ piam aggravare debet, supra id, quam lege publicâ fuerint determi-
„ nati. Et sicubi ejusmodi Sententis sine Clausula lata deprehen-
„ dantur, quæ vim Legis sapiant, vel Pacem Publicam turbent, prout
„ quoddam additamenta in nonnullis Secretis novissimi Tribunalis
„ Lublincensis id continent, ipsdem nemo urgeni debet, imo decreta
„ talia nullitati subsunt.

Quo Anno 1631. sancita fuit hæc Lex, pag. 18. sub
Tit. Zatrzymanie Pokoju Pospolitego.

„ Quoniam sub pretextu Religionis Catholicae a licen-
„ tiosis hominibus, in Terris nostris, varij tumultus et violentia ex-
„ citantur, ex quo fit, ut Pax Publica scindatur, et plurima incom-
„ moda inde enascantur. Nos igitur Pacem Publicam et securita-
„ tem in Regno Nro conservare, licentiamq; ejusmodi coercere vo-
„ lentes, contra omnes, quicumque tumultibus et licentiosa petulan-
„ tia publicam securitatem violare audeant, forum coram Tribu-
„ nali, inr. Causas recentis criminis, statuimus, et ut poenis con-
„ tra violatores Pacis Publicae statutis, puniantur, decernimus.

Post obitum SIGISMUNDI III. Hæc Interregni
in Instrumento dicto KAPTUR, hæc leguntur.

„ Vinculum inter nos ratione Dissidentium in Religione, fac-
„ tum, inviolabiliter in omnibus Articulis, Punctis et Clausulis,
„ secundum antiquum Legum tenorem, servare sanctè promittimus.
„ Et si quis quâcumque ratione Unionem hæc scindere præsum-
„ serit, juxta obligationes superius nominatas, adversus eum
„ procedemus. Varsaviæ in Convocatione Præli, 15. Julij, 1632.
unanimitè approbatum.

Eodem anno 1632. d. 16. Julij, in CONFÆDE-
RATIONE GENERALI omnium Ordinum
Regni et M. D. Lithv. hæc in securitatem
Pacis Dissidentium statuta leguntur.

„ Insuper, ne Pax Generalis ullâ ex causa turbetur, cavemus
„ hoc Dissidentibus in Rel. Christiana, quod omnem Pacem in
„ vicem Nos et Posteris Nostri, sub fide, honore et Conscientia
„ conservabimus, propter differentias in Religione sanguinem
„ non effundemus, neq; ob hæc differentiam litem alicui move-
„ bimus, neq; Confiscatione bonorum, infamia, Carceribus et exilio,
„ aut

aut

aut quibuscumque alijs poenis invicem animadvertemus, ne ulli
 Magistratus aut Officio auxilio ea in re erimus. Imò, quod si quis
 ea de causa sanguinem effundere, aut dicta Pacta violenter rum-
 pere præsumat, aut poenas superius recensitas ^{extendere} ~~mutare~~ velit,
 omnes ea propter in defensionem insurgere tenebimur, etiam
 si quis sub prætextu alicujus Decreti aut Processus forensis id
 agere sustineat. Præterea cavemus, ne Decreta Tribunali-
 tia Regni et M. D. S. quæ vim Legis sapiunt, contra securi-
 tatem et Pacem Dissidentium lata, in quolibet Officio, ad
 executionem deducantur, prout Constitutione Anni 1627.
 expressè cautum habemus. Et sicubi contra hanc Constituti-
 onem Decreta aliqua aut Protestationes factæ fuerint, in
 quovis iudicio nullius valoris declaramus. Similiter, Man-
 data omnia Pacem inter Dissidentes tollentia ex Cancellaria
 vivente Rege data, nulli pondus estimabuntur,
 neque in posterum ferentur.

In Urbibus Regijs, ubi in præsentibus Dissidentes in Ec-
 clesijs à se erectis publicò gaudent Religionis exercitio,
 eodem in posterum quoque, penitè ac nunc, gaudere ac uti
 poterunt. Ubi verò Ecclesias in præsentibus ad eum usum
 erectas non habent, eas, ad evitandum tumultus, ibidem
 erigere non debebunt. Privatim tamen unicuique privato
incola, et peregre venienti, devotionibus sacris huiusmodi opera
facere, integrum erit.

Quantumvis Constitutio Anni 1631. contra Viola-
 tores securitatis Publicæ, satis rigorosè lata fuerit; de-
 claramus tamen, quod in posterum ejusmodi causa vio-
 lata securitatis Dissidentium à quacunque persona cu-
 jusvis conditionis, non inter causas terminorum tractan-
 dum, sed Feria hebdomadæ quinta, ex speciali Registro
 inter causas recentium Criminum, judicari debeant, ex-
 cepto, si forte Persona merè Spirituális in crimine de-
 prehensa fuerit, tum delinquens Officio Spirituali tradi
 et ibidem prævia inquisitione judicari debet. Ministri
quoque in Religione Dissidentium, si à quocumque quacunque
de causa citati fuerint, non habent forum, nisi in Officio
Seculari competenti ratione quarumvis rerum et injuriarum.

hinc Verba de omnibus
in Confed. anni 1648
addita.

(In Magno Ducatu Lithvanig vero, in Conventu, Wielkie Koto, dicto.)
Et in Causis ex ipsorum Actoratu, forum citati competens sequi ibi
jus suum obtinere debent.

Non in hac
anni 1648. Confed.
NB.

Qua cuncta in omnibus Punctis et Clausulis (pro Legibus
petua statuimus) omniaq; superius recensita, pro se et Posteris
Nostri servare firmiter, et sub fide, honore ac Conscientijs No-
stris tueri promittimus. Quicunq; veni hic contravenire et Pa-
cem superius toties nominatam Ordinem Publicum destrue-
re voluerit, contra talem omnes consurgemus in ejus destru-
ctionem, etc. etc.

Subscriperunt Archiepiscopus, Episcopi, Senatores
approbando in omnibus et singulis hanc Confedera-
tionem; Nisi quod Romano-Catholici hic prima
vice Subscriptionibus suis hac adjecerint:

Salvis Juribus Ecclesie Romanae.

Salva.

Quod vero talis Exceptio, sive, uti vulgo audit, SALVA
Legi firmiter approbata nihil deroget, hoc ipso Anno in
Electione Regis V. A. D. I. S. A. S. W. in Articulis Pactorum
Conventorum, ejus modi Subscriptiones hic sunt explicatae
imo diluta Verbis:

Et quando quidem in hoc Mri Regno Pentis Polonic, Lith-
vanic, Russica, etc: non pauci reperiuntur Dissidentes in
Rel. Chriana, praecavendo, ex iplo Antecessorum Nostrorum, ne se-
ditiones aliqua aut tumultus, occasione Religionis oriantur
cautum est Novissima Confederatione Varaviensi Prae-
ut in Causa Rel. Chriana, Pax inter Dissidentes de Religio-
ne conservetur; quam nos inviolabiliter servare in perpetuum
promittimus, Non obstantibus quibuscunq; Pro-
testationibus, contra hanc Confederationem,
post Convocationem factis; Salvis Juribus Ecclesie Catho-
licae Romanae; Integra nihilominus, in omnibus, Dissiden-
tium de Religione Chriana Pace et securitate, quemadmo-
dum in Convocatione Varaviensi novissime habita, Con-
federatione Prae- descriptum et cautum est.

Nemo igitur hasce Subscriptiones et Exceptiones aliter,
quam ibi Lege Publica expositum, interpretari potest.

Idcirco

Idcirco in Confederationibus subsequentibus,
ubi Romano-Catholici subscribebant: Salvis
Juribus Ecclesie Romano-Catholicae; Ibi
Evangelici, pari Libertatis prerogativa, non dubi-
tabant subscribere: Ita salva sint Jura Ecclē-
siae Rom: Catholicae, ut illaesa maneat Jura
et Leges Regni, tum et liberum Religionis
Dissentientium exercitium. Item: In
quantum Securitas et liberum Exercitium
Dissentientium Ecclesiae non violabitur. Vel
ita: Non obstantibus quibusvis protesta-
tionibus et exceptionibus. Et Gra-
vis Sacris addicti subscribebant: Salvis Juribus
Veteris Ecclesiae Ritibus Praeci.

~~Hic sufficiant demonstrandis Juribus, quibus Religio
Evangelica in Polonia subnixta, olim quidem feliciter
floruit; nunc vero contra omne Jus et Aequitatem
oppressa, Libertatis suae vindicem requirit.~~

*hic inferatur Annotata sub signo * **

~~CONFEDERATIO~~

Pacta Conventa, Confirmationes Jurium, et in hac praestita

JURAMENTA Regia, Vladislai IV. Joannis Ca-
simiri, Michaelis, Joannis III. et Augusti II. eodem in singu-^{* pro Causa Dissidentium}
lis apicibus tenore sonant omnia quae ab alijs Antea-Regibus
pronuntiata et subscripta sunt.

CONFEDERATIO ~~etiam~~ post obitum Vladis-
lai Regis ^{facta} ~~in~~, quod ad Articulum de Dissidentium
Pace adinet, à novissime praecedenti nihil differt. *Joannis Casimiri,
Michaelis, Augusti*

Sed quia post Abdicationem Joh: Casimiri Regis
facta est CONFEDERATIO, Anno 1660. et quae ^{deinceps} post obi-
tunc Dissidentium Articulum in nonnullis inter-
polavit, eiq; in summum Libertatis Evangelicorum
praesudicium, nova quadam adjecta: ^{erunt} Nam

1. Ubi antehac in Urbibus Regijs, Dissidentibus Ecclē-
siam Publicam ibidem non habentibus, privatos intra parietes,
Devotionibus sacris operam dare, tutum et integrum erat;

*et quae post obi-
tum Michaelis et
Joannis III. secuti
sunt*

Nunc, hæc Libertas ita restricta est, ut, sub prætextu
Jurium Ducatus Masovia, quæ salva manere juberentur;
Dominis Dissidentibus, peregre et ad Conventus Publicos atq;
Judicia advenientibus, vel in Aula Regia apparentibus, conceda-
tur quidem facultas Devotiones privatas peragendi, sed Exclu-
sivis plebeiorum servitoribus, sine conventiculis, sine
Concionibus, sine Cantionibus.

2º Ubi præcedentes Confederationes, Omnes et singu-
los, cujuscunq; Conditionis homines, nullis, ne Ju-
dais quidem, exclusis, protegere promittunt. Vid. Vol. I.
Constit. pag. 404. in med.

Hæc Anni 1668. Confederatio, et quæ eam secuta est,
non solum Arianos, ^{Anno 1678} Lege Publicâ præscriptos, sed etiam quos-
vis à Fide Catholico-Romana et Unitorum, ab-
hinc transeuntes et Apostatas, simpliciter exclu-
dit, atque in hos posterius nominatis decernit, ut ab hinc
Apostasia convicti, in foro fori exiliò plectantur.

~~Quædam hæc~~

In Comitibus Coronationis Joannis Casimiri R.
Anno 1649. celebratis, non tantum in RECESSU,
sed etiam peculiari Scripto seu Assuratione,
ab ipso Rege, Archiepiscopo Presnensi et Nun-
tiorum Nareschallo, subscripta et sigillis muni-
ta, adeò plenè Libertati Dissidentium in Reli-
gione cautum est, ut nihil supra.

Assurationis hujus, sub Titulo: SCRIPTI AD RE-
CESSUM, fit mentio in Constit. Anni 1674. fol. 8.
tit: Odłożenie pewnego Skryptu. et Anni 1655. fol. 2.

Autographum s. Originale Scripti hujus custo-
diabatur semper in Archivio Illm. Principis, Be-
nigustai Radzivilij: Apographa verò ejus reperiuntur
ubi in Metrica Regni, ita in varijs Voluminibus Cassen-
sibus, et item in cancellaria Custrinensi in Neo-
marchia, ubi ^{Instrumentum} hoc cum omnibus suis
solennitatibus et Attestatis inscriptum, adservatur.

Folio ultimo (a) post illa Verba: Salvis Juribus Veteris Ecclesie
Ritus Præi, immediate subiungantur sequi:

PACTA CONVENTA, CONFIRMATIONES JURURUM, et in hæc præsti-
ta JURAMENTA Regis, Vladislai V. Joannis Casimiri, Michaelis, Jo-
annis III. et Augusti II. pro causa Dissidentium, eodem in singulis articulis
tenore sonant omnia, quæ ab alijs Ante-Regibus pronuntiata et subscripta
sunt.

CONFœDERATIO GENERALIS post obitum Vladislai V. Regis facta,
quod ad Articulum, de Dissidentium Pace, adinet, à præcedenti nihil differt.
Sed quæ post Abdicationem Joannis Casimiri Regis, a. 1668, fa-
cta est CONFœDERATIO, et quæ deinceps post obitum Michæ-
lis et Joannis III. secuta sunt, hunc Dissidentium Articulum in
nonnullis inrpolauerunt, eis, in summum Libertatis Evangelico-
rum præjudicium, nova quoddam adiecerunt. Nam

- 1º Ubi antebac in Urbibus (antionibus,
- 2º Ubi præcedentes plectantur.

Superioribus Libertatis Dissidentium præjudiciis, acce-
diunt priorum et posteriorum temporum firmamenta.

I. PACTA SOLEMNIA.

1. VELAVENSIS, in quibus serenissimus Rex Polonia et Respubli. Anni 1657.
ca, pro se et successoribus suis promittunt, quod in Casu Revolutionis, ni-
hil in præjudicium tam Augustano-Lutheranæ quàm Augustano-Refor-
matae Religionis innovabunt, neque attentabunt.

2. OLIVENSIS, Anni 1660. Articulo 2: Civitatibus Prusie Regalis,
manebunt itidem omnia jura, Libertates, et Privilegia, quibus, sive in Ecclesiasti-
cis, sive in profanis potita sunt ante hoc bellum, (salvo libero, uti ante
bellum vixit, in prædictis Civitatibus Catholica et Evangelicæ Religionis exer-
citiis), earum Territoria, Magistratus, Communitates, Sives, Incolas & Subditos,
S. R. Majestas Poloniæ, eadem quæ olim clementiâ et Gratia Regiæ impotenter
prosequetur, fovebit et tuebitur.

II. ASSECURATIONES PECULIARES

1. ASSECURATIO, In Comitibus Coronationis Joannis Casi-
miri R. a. 1649. celebratis, non tantum in RECESSU, sed
etiam peculiariter scripto, sub Titulo: ASSECURATIO D. D. Evan-
gelicis data, quæ in futuris Comitibus ante omnia approbari
debet: ab ipso Rege, Archiepiscopo Innesensi et Huntionum Mare-
schallo, subscripta et sigillis munita: quæ Libertati Dissidentium
in Religione, plenissime cautum est. ASSECURATIONIS hujus,
sub Titulo: SCRIPTI AD ARCHIVUM, fit mentio in Constit. An-
ni 1654. fol. 8. tit. Odtozenie pewnego Scriptu. et Anni 1655. fol. 2.

Auto.

Autographum siue Originale scripti huius custodiebatur semper
in Archivio Illrmi Principis, Boguslai Radziwily: Apographa ve-
ro ejus reperuntur tam in Metra Regni, quam in Tabulis Publi-
cis siue Voluminibus Castrensibus in Polonia, et item in Cancellaria
Custrinensi in Neo-Marcia, ubi Instrumentum hoc cum omnibus
Juris Solennitatibus et Attestatis inscriptum, adservatur. Ad
Acta Wschovensia hoc modo oblata et inscriptum legitur:

hic inseratur Extractum illud wschovense Assecurationis, siue in totum,
siue in parte.

2. ASSECURATIO peculianis magni Nominis Episcoporum, a^o 1638
facta. Cum in Comitibus Dissidentes de gravibus à Clero Romano sibi illa-
tis injurijs magnopere conquererentur, vulneraq; sua ut sanarentur, sim-
pliciter urgerent; Ne res hæc Publica turbaret Consilia, illico cautum est
Dissidentium Securitati peculiani Assecuratione, cujus hæc summa: Upro
" Kajajze Pretenzije Dissidentow, etc. h. e. Tranquillando Preensiones
" Dissidentium, ne desiderijs suis in presentia negotium nobis facerent, de-
" claratum est Inhibitione presenti monere Clerum Romanum, ne aliam
" ob causam, præterquam ob Proventus Ecclesiasticos Dissidentes in jus vo-
" cant. Et si hoc nomine Controversia aliqua oriatür, deferendam prius
" esse ad Loci Ordinariam. In specie cautum, ne Ministri Dissidentium ad
" Iudicium Tribunalis trahantur; sed eò citati Dissidentes, mature ad Loci
" Ordinarios confugiant, petendo, ut pars infesta coercatur, etc. etc.
" Subscripterent: Matthias Lubiencki Episcopus, ~~Lucensis~~ Sijariensis, An-
" dreas Wzlotowski Episcopus, Pommariensis, Stanislaus Lubiencki Episcopus
" Plorensis, Jacobus Zadzik Episcopus Cracoviensis, Dux Severie. Hæc
" vero Assecuratio tradita est per Oblatam in Castrum Wschovense, Ta-
" bulis Publicis inscripta, Feria Tertia post Dominicam Rogationum,
" Anno 1638.

3. ASSECURATIO tertia peculianis, est Illrmi Episcopi Pommariensis
Anno 1701. data, quæ, uti quidem per Generosum et Magnif. Dnū Bogu-
slaium Unryg Subdapiensidem Pommariensem, ad Acta Castreny Pommarien.
oblata et consignata fuit, ita habet:
" Actum in Castro Pommariensi Feria Quinta in crastino Festi Sanctorum
" Petri et Pauli Apostolorum, Anno Domini Millesimo Septingentesimo
" Primo. Ad Officium et Acta
" quietavit, quietatq; presentibus.

Hæc uti abundè sufficiunt demonstrandis Juribus, quibus Re-
ligio Evangelica in Polonia subnixæ, olim feliciter floruit; Ita solè
meridiano clariùs docent, evidentissimam eamq; immanem Dissidenti-
bus fieri injuriam, quod non solum à Clero Romano, sub prætextu Sal-
vorum Jurium Ecclesie Romanae, vano vexationis genere exerere,
antur

antur, potissimam Libertatis in Religione parte exuantur; sed etiam, (si particularia quaedam hinc tangere fas est,) quod

1. Articulus ille Confederationis anni 1668, de APOSTATA FIS, tam late et rigide extendatur, ut ^{Apostatam} ~~his~~ nomine non eos solos intelligant, qui in Fide Romana nati atque Educati, scientes ac volentes ab ea deficiunt; sed illos etiam, qui in Religione Evangelica nati et baptizati, in puentia u. per imprudenciam ad Saura Romana pellecti, maturiori aetate ad se redeuntes, discusso errore, religioni Evangelicae denuo sese mancipsant. Item illos, quibus in morbo acuto usu rationis destitutis ad eos ignorant & prorsus invitis, Hostia consecrata in os ingentur; si convalescentes persistentem religionem profiteantur. In hos, nisi Fidem Romanam professi fuerint, illic poena Infernis et colli decernitur.

2. Quod alijs longe de causis, quam Leges Publicae voluit, vi ad Tribunal Regni trahantur, supremasq; poenas, plenasq; non auditi neq; conuicti, subire cogantur; et ita quidem, ut ^{supra} unius hominis reatus personalis, toti Coetu impitetur, templa cum Scholis funditus evertantur, Exercitiūq; Sacrorum Publicum, in loco Excidiū, in perpetuum, (privatos etiam intra parietes) prohibeatur. Equidem color quidam huic

procedendi modo induci solet, ~~et~~ causaq; ejusmodi ad Tribunal pertinere eo arguantur, quod Criminibus hinc aliquid Arrianismi inesse, sibi persuadeant. Inde fit, ut Dissidentes, quamvis ab Arrianismo toto pectore abhorreant, lite tamen orta, protinus ex horrendo illo Arrianismi Registro ad Tribunal citentur. Quos tamen Regestrō, quanto per se hucusque Tri-

bunality Judices abusi fuerint, gravissima Constitutionum censura & animadversiones docent. Exempli gratia, illa Anni 1685. pag. 20. sub Tit: Registr Aryaniski: Quandoquidem ultra mentem Constitutio- nis Anni 1658. alienum subsequendum, ^{quod in} ~~contra~~ Sectam Arrianam sancitum, ^{tunt;} Et contra naturam fasanum, in Tribunalib; Regni, ad Regestrum Arrianis. mi, homines diversae conditionis dicta haeresi nullatenus inquinati, PEL Abusum aditentur et judicentur. Idcirco, nullo huic occurrentes, con- stitutimus, ne ad ^{hoc} Regestrum Persona aliqua trahantur in causis qui- b;is praesertim Juris, Fundi, Administrationis Justitiae, et alijs; sed tantum qui Professione mere sunt Ariani, Agostasia, Judaismi, Sacrilegi, Violentia & Obsanguinationis in Ecclesia vel Cimiterio, rei, ac eorum fautores et compli- ces; et id quidem sub Poena Evocationis Lingentarium Martanum et nulli- tate Judicatorum, ac Condemnationum.

Constit. a^o 1678. pp. 24. Tit. o Prokuratorach.

Procuratores alibi Patrom casuarum, osobliwie w Trybunale Koronnym, ze per emdas Citaciones, omiffa competenti Jurisdictione evocationie szlachty do bze szlachty, do Trybunatu, do Rejestrow nie ralerskich, per speciem violati securitatis, convulsioni Decretorum Tribunalitiorum, vel Arrianismi curant, y Principa Tom swim do tegoz Rady dodewaj, przez co y Jan Blachocki rlytne aggra wuj, y causas ordinarijnych Rejestrow tamuj; Tedy zabiegajce, ne confundant Jurisdictiones, Poenam spingentam Martanum Polismicalium cum sessione Turica per 12. hebdomadas, auctoritate praesentis Conventus na mich rakladamy.

5 Anni 1678. pag 24.
Tit. o Prokuratorach.

B.

1.

Quâ ratione stetit olim Libertas Religionis Evangelicæ in Polonia, et quâ nunc illius facies?

2.

Quâ fit, quod tam gravibus premmatur Calamitatibus?

3.

Quomodo laboranti succurrendum?

P

1. Die erste Art ist die...

2. Die zweite Art ist die...

3. Die dritte Art ist die...

4. Die vierte Art ist die...

le
ba
hic

In
era

in
ad
ma

ne
no
Pr

ae
nis
ed
me
Pa

va
le
qu

Qua ratione stetit olim Libertas
Religionis Evangelicæ, et quæ nunc
illius facies in Polonia?

Olim, in POLONIA, Dignitates omnes et Senatoria Sub-
 sellia, à primis ad imos usque, in secularibus, æquè pate-
 bant Catholicis quam Evangelicis, uti Annales et Acta Pu-
 blica testantur.

Nunc, inde ab Electione Joannis Casimiri Regis
 Dissidentes ab Honoribus Senatorijs et Dignitatibus ma-
 joribus prorsus sunt exclusi, quantumvis nulla Lex
 ea super re lata fuerit.

Olim, unicuique Nobili Evangelico liberum erat, in bonis 2.
 suis Ecclesiam suæ fidei erigere, Ministrum ad peragenda Sa-
 cra pro Arbitrio ritè vocare, Religionis Offià oia, quocumque
 in Ecclesia Evangelica nomine veniant, cum usu Campanarum,
 Administratione Sacramentorum, deductione Funerum, plenissi-
 mæ cum libertate et tuto exequi. Item, vix ulla Ecclesia repe-
 niebatur Evglica, cui Schola cum Discipulis et Ludimagistro
 non esset adjuncta; qualis quidem Libertas adhuc in Majori
 Polonia passim viget. Quin et Romano-Catholici Magnates
 ac Nobiles, pro Subditis quibus gaudebant Evangelicis, in-
 nis et Possessionibus suis, et Templorum et Scholarum con-
 cedebant plenariam facultatem, uti adhuc in Majori Polo-
 nia et Lithvania passim Tempa et Schola sub Catholico
 Patrocinio exstant, Neque ulla Lex in contrarium est lata.

Nunc autem, nullus Nobilium in bonis suis Ro-
 vam Ecclesiam, de nova radice, excitare audeat: Imò vio-
 lentia Partis adversæ eo usque succrevit, ut ne reparare
 quidem Aedes s. fatiscentes amplius liberum maneat. Lit-
 te verò Catholicis aliquã cum Loci Patrono aut Mini-
 stro suborta, vix aliq̃a terminatur rãone, nisi, ut Mini-
 ster fugere cogatur, Templum vero Evangelicor̃, cum om-
 ni Sacrorum Exercitio in perpetuum tollatur. Schola
 verò, per totam Minorem Poloniam et Russiam ad unã
 ferè exterminatæ sunt omnes. Et ut Ministri super-
 stites omni exuerentur honore, vestitu decenti et Theo-
logico ipsis interdichum, ut cultu à plebeiorum vix
 ac ne vix quidem abhorrente, incedere cogantur.

Olim unicuique Nobili liberum erat, ad rem facram in adibus suis peragendam, siue illa Baptismus, siue Eucharistia, siue Copulatio Nuptialis, siue Visitatio agrorum aut Preparatio morti vicinorum fuisset, Ministrum Fidei et Ecclesie sue, sine prava facultate apud Officialem aut Parochum impetranda, aduocare. Liberum erat et incolis in Oppidis et Urbibus, imprimis honorationibus et peregrina nationis, in Morbo et Mortis articulo Ministrum sibi suum adungere; aut, si hic prouto semper esse non posset, saltem integrum erat unicuique Evangelicorum, cuiuscunque Conditionis fuerit, quieto et tranquillo in precibus et suspiria suorum expirare.

Nunc, etiam si Nobilis, libertatis sua prerogativa fretus, intrepide Ministrum ad sacra in adibus suis celebranda euocare possit; at vero Minister, tot periculorum vestigijs detentus, non audeat, nisi prius expressam, eamque in scripto bona fide datam facultatem a Parcho Catholico acceperit. In Urbibus v. — ubi Clerus praeualet, quam dura et morte ipsa acerbius fors Agrotantes, atque ad Mortem sese componentes, non Plebejos tantum sed et Nobiles, si solitarij tum fuerint, premit, vix sine horrore cogitari potest. Simulac reseruit Sacerdos, Evangelicum aliquem grauius decumbere, sedulo dat operam, quo eundem conuenire et convertere possit. suadet, sollicitat, minatur, et conscientiam clinici varijs modis torquet. Si hac ratione nil effecerit, mortem vero iam appropinquans deprehendit, remotis omnibus Evangelicorum arbitris, morienti omni tum sensuum facultate et rationis usu orbatu, hostiam consecratam communicat, hacque ratione, sua opinione, ex Haeretico Catholicum efficit. Si moriatur aeger, ritu Catholico splendide et sumptuose sepelitur. Si vero contingat, ut conualescat, etiam si quid secum in illo vitium tam inter et mortem articulo actum sit, prorsus ignoret, iam tamen Catholicus censetur, et, siubi ad Religionem suam priusinam redierit, tanquam Apostata supplicio afficitur. Si vero homini Evangelico contingat tranquille in nidulo suo mori; non potest tamen tranquille extra Urbem ad sepulturam eferri, nisi prius et Parcho loci efflagitata solvatur pecunia, et studionum tumultuantes objecta lauta offa, placati fuerint. Nec desunt dira, et in ipsa barbarie inaudita exempla crudelitatis in demortuorum Evangelicorum raptata per plateas, aut ex sepulchris empta, et in loca sordida, ceu pecudis cadaver, abjecta corpora.

Olim, unicuique homini Religionem, siue Catholica siue 4.
 Praea fuisset, deserere, et sacris Evangelicorum nomen dare
 et impune accedere licuit:

Nunc per Confederationem Anni 1688. Omnes
 Apostata infames et capitis rei habentur: Imò, ipsi quoque, qui
 Parentibus Evangelicis nati, sed Baptismo apud Catholicos sincti
 sunt, Communioni fidei Parentum, in qua Educati sunt, sine
 periculo sese adungere non licet.

Olim Cives Evangelici in Urbibus, ad nulla Ministeria 5.
 Religionis Romanae causa praestanda, habebantur: nihil
 omnino, eo in casu, illis cum his commune fuit.

Hodie, in Processionibus S. solennibus, ex. gr. quae
 Festo Corporis fiunt, Incola etiam Evangelici armati appare-
 re, illum Processum applausu militari, summo quandoque suo in
 periculo, si quid non satis reuerenter peregerint, ornare cogunt.

Quandoquidem vero Libertas Evangelico-
rum tam firmo Legum et Juramentorum
munita videatur praesidio; Ivi fit, quod
tam gravibus obnoxia reddatur calamitatibus?

In Genere

Imputandum id est nimia Cleri Romani potentia, vel ipsis Catholicis nunquam non formidandis; Ivi cum aequè late ac ipsa Jura Romana patere credatur, nihil ferè tam validum excogitari potest, quò, in Regno imprimis Catholico, à tam exigua Dissidentium Parte, impetus ejus coerceri queat.

In Specie vero,

Libertati huic vel maxime obesse deprehenditur:

1. Quod Evangelici ab Honoribus et Dignitatibus Sena-
torijs, alijsque Magistratibus eminentioribus Terrestri-
bus non minù quam Catholicis, arceantur. Orta enim et ad Ju-
dicium aliquot devoluta Lite rem Religionis concernente, Jdex
et Patronus non alius expectandus erit, quam Causa infestus,
qui in gratiam fidei sua libentius quam nostra, nihil non loqui
et agere est paratus, ab eaj mente precibus nunquam ferè, prece-
rarius dimoveri se patitur.

2. Quod Leges quavis, licetsi quam validissime in praes-
idium Libertatis Dissidentium lata, in Judicijs
caeteris duntaxat Causa Nostra prodesse, et patrocinari perhi-
bentur, quatenus Causa Ecclesiae Dna non praesudicent. Quae
Exceptio, quamvis Lege expressa A^o 1632. in perpetuum sit
sublata; nihilominus Jura Ecclesiae Dnae quibusvis Exceptioni-
bus sanctiora habentur. Quae vero Evangelici in Sacris suis
plurima agunt, quae sunt contra Jura Romana; idcirco, pro
horum salute, quoad vires sinunt, decertare se omnino obstric-
tos credunt.

In specie, Confederationum
Articulus ratione Libertatis Dissidentium, toties totiesq; repe-
titus et fide summà confirmatus, à Catholicis nihilominus
Autoritate Legis prorsus spoliatur. Urgeat quis Evangelico-
rum hodie Confederationem, et statim responsum feret:
Confederationem non esse Legem, sed duntaxat Sal-
vum Conductum, ad tempus durantem. Neq; tm dicunt
talia temere, sed typis etiam publicis vulgant. Evolvatur

ex. gr.
I. R.
Dicit
Ivi pa
duobus
episc
renov

Lette
in q
men
libe
Cath
Jud
Ecq

nar
tur
con
clar
mu
si m
et p
null
dum
na
pro

Con
de
jam
miff
clet
bri
desce

ex. gr. PETRUS MYSZKOWSKI, Archidiaconus Varsaviensis et S. R. M. Secretarius, in Libro cetera docto et eleganti, qui Comos.
DiA sPEi inscribitur, impresso cum Approb: Poznania 1641. in 4.
 Ibi pag: 20. Confœderatio, inquit, Nulla est Lex, sed mere Salus son-
 uentis infamibus ab Ordinibus Regni concessus, qui cum vita Divi-
cipis extinguitur. Si enim non extingveretur, de quid toties
renovaretur? Si sic; ergo libertas Evangelicor^{um} unio ictu cornit.

3. Lite ex caâ Religionis, siue Ecclesie, siue Ministri or-
ta, trahimur ad tremendum Regni Tribunal, ex as-
sonibus tam Spiritualibus quam Secularibus compositum,
 in quo rarisimè unus ex Deputatis s. Judicibz Evangelicis nu-
meratur. In hujusmodi foro, licet Causa fuerit Aquissima, mi-
hilominus, quia Evangelica, eò ipso favorem nullis Judicis
Catholicis promeretur. Et licet quandoq; unus aut alter ex
 Judicibus secularibus faueat, contradicunt illico tot Spirituales.
 Ecquis Evangelicorum in tali Judicio felicem sibi promittet eventum?

4. Si ob aliquem Errorum, ex imprudentia commissum,
 (nam quis prudens ignem foveabit?) Minister ad Tribunal cite,
 tur, et, capitis sententiam metuens, mature fugâ saluti sua
consulat; tunc non sufficere creditur, quod ille ipse infamis de-
claretur, quodq; Patronus ejus illi causâ multetur; sed ut pluri-
 mum tota Ecclesia tuit, Templum et Schola evertuntur, aut
si mitius ayant, Aedes s. clauditur, atque Exercitio Sacrorum
et publico et privato in perpetuum interdicitur. Utique,
 nulla facilior via, ad Religionem Evangelicam brevi fundit, elimina-
rum. Quasi verò Ministero ita nupserit Ecclesia, ut hoc dam-
nato, illa Conditionem ejus sequi teneatur; cum, Non Ecclesia
propter Ministerum, sed Minister propter Ecclesiam sit.

5. Nec levius Prajudicium contra Libertatem Evan-
gelicorum creatum est, per illum Articulum
Confœderationis a^o 1668. quò, à Fide Catholica aut Præca-
do Nostram transeuntibus, supplicium decernitur, non solum
de Desertore, sed etiam de Receptore sumendum. Quantum inde
 jam malorum enatum, quantum sanguinis effusum sit, memi-
 nisse horret animus. Ex hâc raone, Nullus Minister securè Ec-
clesiæ suæ præesse poterit. Descensus ad fidem Romanam adeo lu-
 bricus et præceps est, ut facili negotio et opinione quandoq; citi illuc
descendatur. Accidere potest, ut quis aliqua ratione ad fidem Romanam

pellectus et irretitus, hodie fiat Catholicus; cras verò aut peren-
die poenitentiam ductus et reverti cupiens, in alium Districtum
seu Provinciam sese conferat, et, se Evangelicum professus, cum Evan-
gelicis in sacris communicet, hoc pacto et seipsum, et Ministerium
et Ecclesiam ultimo periculo subiiciat. Imò, ex hoc fundamento,
na ipsi quidem, qui cetera Evangelici educati, sed apud Catholicos
baptizati fuerint, satis securò Evangelicorum Communioni sese ad-
iungere dabitur. Etenim, si Sacramentum in agone Mortis por-
rectum, actu efficit Catholicum, licet nulla peccatorum Confessio an-
tecedenter, à mente et sensibus orbata, facta fuerit: Quanto ma-
gis Sacramentum nascenti collatum, cum sit Sacramentum In-
itiationis, actu hominem illi fidei mancipat, in quam tinctus est.
Proinde, nisi Catholicò ritu baptizatus, Parentum Religioni adhare-
re, et, qui per errorem, imprudentiam, metum, morbum aliasque
præcipitis Conversionis methodos, ad fidem Catholicam seducti sunt,
impunè ad Evangelicorum castra redire liceat, in perpetuo vitæ
periculo versabuntur Evangelici.

Quicumque igitur, ex præmissis, accurate expectavit, quot qui-
busq; modis usq; adhuc Religio Evangelica in Polonia affli-
cta fuerit, et quam exiguum præsidij, concessa Jura et
Privilegia illi præbeant, et quemadmodum hodie in Patria
medio flagrante tumultu, Libertatis huius jugulum petatur:
is, nisi forte Providentiæ D. omnia committenda cupiat,
aut nunc, aut nunquam laboranti Evangelicorum
Causa succurrendum, agnoscat.

Qua ratione laboranti causa Evange-
licorum in Polonia succurrendum?

In futuro Pacis Negotio Serrni Reges, Principes et Respublica,
primas inter curas habeant, ut Libertas Religionis Evangelicæ,
cui in Polonia penè desperata, quasi posthumis reduta,
vigori suo atque pristina Libertati restituatur. Et quodem

In Genere:

1. Ut Evangelicis ea Sacrorum Libertas restituatur, quæ
sub initium Seculi superioris, aut saltem, Regnante Vladis-
lao IV. gaudebant, cuius facies in Actis Publicis illorum tem-
porum apparet.

2. Adinveniat remedium et modus coercendi effusam
Cleri Romano-Catholici potentiam, resq. tota his simpliciter con-
stringatur limitibus, ut, Salvis Juribus Ecclesie Rom-
Catholicæ, illaesa maneat Jura et Leges Regni, tum et libe-
rum Religionis Dissidentium Exercitium; ut adeo solius
Religionis Evangelicæ causâ, nullus, cuiuscumq. Conditionis
fuerit, ad judicium trahatur, aut quocumq. modo vexetur.

3. Quicquid Lege Publicâ in commodum Evangelicorum huc
usque statutum est, sine ulla adversa Partis exemptione
aut limitatione, ipso in præsidium cedat: Quicquid
autem in præjudicium eorum decretum fuit, eliminetur.

4. Hæc Pax Dissidentium alijs Pacis Universalis Articuli-
bus, tam artè inseratur et conjungatur, ut hoc Articulo
salvo manente, reliqui etiam salvi maneant; Hoc verò vio-
lati, etiam reliqui omnes pro violatis habeantur.

5. Quo firmior et securior Pax hæc Dissidentibus coales-
cat et duret, cavebunt Serrni Paciscentes, ~~etiam Pax~~ et se in-
vicem ad Parantiam et Evictionem mutuum ad de-
fensionem obstringant: Adeo quidem firmiter, ut si con-
tingat à Domis Catholicis, sine directe sine indirecte, aper-
te sine occulte, Dissidentes contra hanc Pacificationem impe-
ti, illi, Domis Catholicis ipso facto, pro infractoribus huj. pacis
habeantur: Domis vero Dissidentibus, tum liberrima facultas
opem et vindictam adversus Transgressores a Serrnis Evictio-
nibus implorandi, detur: Paciscentium vero Partes parti la-
sa assistere et Aggressores modo, quem Jura sinunt, perse-
qui, donec pax restituta fuerit, teneantur.

aut per
District
um Evan
Mimifon
dament
Patholic
oni sep
Mortis p
confessio
vanto m
ntum in
inctus e
mi ad h
m alia
reducti
etuo v

t, quot
ia ad
Jura et
Patria
petatur
upit,
iconim

In Specie, pro Dissidentibus simpliciter
evincendum

1. Ut omnia Templa Evangelicis ablata, maxime ipsorummet fundatio-
nis, cum omnibus Peditibus, et Summis Pecuniarijs ad Catholicos
Devolutis, restituantur. Ubi vero Templa sunt destructa aut collapsa,
nova deus erigendi atq; tum cum opus est reparandi, cum plena omni
Sacrorum Evangelicorum, et Scholarum libertate, qualis saltim regnante
Vladislao IV. in Polonia obtinebat, jure et facultas ita reddatur, ut haec
omnia sine praevio Jurisdictionis Romani consensu, Permissu aut Appro-
probatione, facere liceat. Qua vero Templa et Scholae libere adhuc
exercitij usu gaudent, siue illa sub Evangelico, siue sub Catholico
Patrocinio steterint, ut in pleno Jure deinceps ac Sacrorum libertate
conferantur, nullisq; Clericis vixis et infestis machinationibus
impetantur.

2. Nobiles Evangelici, opibus, prudentia et autoritate
valentiores, ad Dignitates Senatorias, munia item quavis,
Tribunalitia, Castrensia, Terrestria, more pristino, ut admittantur.

3. Persona Religionis causa infamia et exilio punita ac pro-
scripta, cujuscumq; fuerint Conditionis, siue Nobiles, siue
Ministri, siue Plebei, ut Patria sua, honoribus, officijs et immunitati-
bus restituantur.

4. Quodsi abhinc Lis aliqua Catholicos inter et Evangelicos
oriatur, Ne Evangelici, imprimis Ministri, ad aliud forum,
quam a Legibus Publicis determinatum, vertentur, Neq; alia ex Legge, quam
Statutorum Regni publica et expressa, judicentur: Et ita quidem,
ut, si Uni parti jure suo cadere contingat, ne, quod persona laudanda
est, Communitati imputetur: Utque adeo, hoc in passu, Ades, si,
ve Publica, siue Privata fuerint, cum in eas culpa non cadat, et bo-
na eorum, siue mobilia, siue immobilia, facta tecta maneat.

5. Ministris Evangelicis Vestitu Theologico, more majorum
et Nationis suae, indutis, incedere fas esto. Isdem secu-
re liceat ubivis iter facere, Personas quolibet ad Curam suam
pertinentes, ubicumq; locorum fuerint, siue ruri, siue in Urbibus, con-
venire, isdemq; necessitate exigente, Officia Sacra praestare: In spe-
cie, in aulis Robilium fidei suae accersitis, Sacra Baptismi, Copula-
tionis, Funerum, etc: hae exequi, sine ulla praerequisita licentia Of-
ficialis, Praepositi aut Parochi loci illius, liceat.

6. Articuli duo recentioribus, Confederationibus inserti, ra-
tione Devotionum privatarum in silentio pagendam
et Apostatarum a fide Catholica, puniendorum, utpote
Libertati Evangelicae imane quantum praepudicantes, autoritate Pu-
blica, eliminantur: Ut abhinc (A) Unicuiq; Patri-familias, siue
in

Immunitas à
Juribus stolarum
Clerici Romani

in Urbe, siue in agro degenti, liberum sit privatos intra parietes,
 devotiones Sacras, Lectione, Precationibus, et Hymnis, cum Domesticis
 et fidei consortibus, tuto peragere. (2) Quicumq; vero
 à fide Catholica aut Græca, Religio Evangelica ita placuerit, ut pri-
 stinam deserere, hanc vero amplecti voluerit, uti hoc antea
 semper licuit, ne ea propter ille ipse, aut Minister, ullis poenis
 subiacat, multo magis de capite periclitetur.

7. Sues siue Incola Urbium aut Pagorum Evangelici,
 ne Religionis suæ ergò à potentioribus Catholicis vexentur,
 neque eadem de causa à Jure municipalibus magistratibus urba-
 nis et municipis civicis arceantur; ubi vero his gaudent, ne à
 servitia in celebratione Sacrorum Catholicorum quocumq; nomine
 præstanda, sub prætextu Officiorum Civitatis, cogantur. Et
 quod hic vel imprimis præcauendum, Ne Agrrotantes, aut ad
mortem sese componentes Evangelici, à Sacerdotibus, Curis,
aut per eos subordinatis studiosis, alijsq; in eo Vita aut
mortis articulo, turbentur, torqueantur, aut ad conver-
sionem et Communionem Catholicam cogantur. Sed, unicui-
 que in sua fide et vivere tuto, et mori tranquillo licet.
 Mortuorum vero corpora, extra Urbem ad locum sepulture
 ferri, aut, quorsum libuerit sepelienda devehiri, sine facta
 à Jurisdictione Catholica inhibitione aut solutionis prævia
 extortione, ~~non~~ ^{item} sine tumultu licentiosorum ~~hominum~~
 et violatione demortui, fas esto. In tumultuantes vero
 et violentiam exercentes ut severe animadvertatur.

8. Parentibus, siue ejusdem, siue diversa Religionis,
^{suis} liberis apud Catholicos baptizatos, in qua libue-
 rit fide, siue Patris, siue Matris, Educare liberum esto,
 sine ulla Catholicorum ex hoc fundamento Fidei prætensione
 aut Apostasia insimulatione.

9. Libertas Typi, passim erepta, ut restituatur.

10. Evangelicis liceat Consistorium, siue Supre-
 mum in Ecclesiasticis Judicium formare, in quibus
 Causæ spirituales, Matrimonij, Divortij, etc. non ex Jure
 Canonico, sed Evangelico decidantur. In specie, quod
 ad Prædus Prohibitos adinet, quæ Coniugia Jure Di-
 vino non prohibentur, Evangelicis licita ut habeantur.

11. Libertas Synodorum facta secta maneat, et
 Conventiculorum suspectorum nomine ne traducantur.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



Recensio FACTORUM
sive Oppressionum et Persecutionum
Ecclesiarum Evangelicarum
IN MAIORI POLONIA
ab Anno 1666.

INDEX CONTENTORUM

Num: 1.

Est Decretum in Excidium florentissimi Coetus Pariciensis.

OCCASIO fuit, quod (1) Puella quaedam Nobilis, Parentibus nota Evangelicus, et in quam nulla suspicio alicujus cum Sacris Romanensibus Communionis eadebat, à loci Ministro Rev. Paulo Onia, rogatu Cognatorum, in Communionem fidei Reformatam fuit recepta. (2) Quod Templum, cui collapsa fundamenta ruinam mirabantur, à Patronis fuit restauratum, et novo tecto munitum, quod Beneficium etiam Scholae loci illius vetustae contigit. (3) Lite privata inter Generos Jarocki et Biltki orta, et coram Judicio acriter agitata, ut isthuc agrè faueret, tacenda prodidit. Inde Clero Romano anfa data est contra hunc Coetum procedendi.

CRIMEN imputatum fuit: (1) quod Loci haeres et Patronus Prosus Piotrowski, tum ipso Apostasia à se in Juventute commissa accusatus, tum Apostasia puellae Nobilis confusus, Templum atq. Scholam reparari curavit, Ministrum citatione Arrestati Judicio non statuerit, imò fugam consilium eidem dedit, nec ipse in Persona coram Judicio comparuerit. (2) Quod Templum Pariciense cum Libero Cultus Anglici exercitio, una cum Schola, in praesidium Ecclesiae Romano Catholicae diu steterit incolume; tum vero labescens, à ruina fuerit vindicatum, una cum Schola: quibus in locis non nisi blasphemis et Apostasia et sexcenta alia Catholicorum Sacris contraria peragebantur. (3) Ipse V. D. Minister P. O. quod damnata Secta Calvinistica ferreus propugnator et propagator fuerit. In primis autem, quod Puellam Nobilem superis nominatam à fide Romana seduxerit, et propterea ad Judicium citatus non comparuerit, sed fugam sibi consuluerit.

DECRETUM: (1) Prosus Piotrowski loci haeres et Patronus absens, Capitis damnatur: qui etiam Lublichij in Marchia Brandenburgica in exilio decessit. (2) Alii Patroni, capitis periculum metuentes, ad perjurium in facie totius Tribus nalis committendum, coacti sunt. (3) Ipse V. D. Minister P. O. cum alio Nobili Viri, absentes capitis damnati sunt, et exules facti. (4) Templum cum Schola è fundamentis tollenda et evertenda. (5) Ne in posterum haereses Villa illius aliud Templum et Scholam erigant; imò ne in adibus quidem privatis Deustiones Evangelicas et Inventutis Institutionem, peragent.

Num: 2.

Est Decretum Infamiae et Supplicij in Rev. A. Malcolm.

Generale Tribunalis Regni Lublinense controversijs Partium prolixè illatis, factis, exauditis, gravig trutinâ ponderatis. Resolvendo Remissionem Officij Castrensis Neocorovyrensis & Iudicium præsens factam atq; Contraventionem Decreto anteriori Tribunalitio contradistinctas Personas inductam, tum et gravamen contra idem Officium Castrense Neocorovyrense præsens decidendo: Et in primis quoad Personas Præfate Broniewskicy et Officij, siquidem idem Officium Castrense Neocorovyrense ex injuncta Parti ipsiq; adherenti pro præstando Juramento sex testium Nobilium Possessionatorum in proximis post sex septimanas Castrensibus Neocorovyrensis sibi Querelatum Terminis statuitione non irrogatis sup parte contraventionis poenis Juramentum ad proximos Terminos in rejudicata distulisse: Pars vero in primis Terminis tantummodo specie tenus Testes sine satisfactione Decreto Tribunalitio ut intererat statuisse, in sequentijs autem Nobilem Stanislaum Kochlewski Apostasie sedargutum adduxisse, et Officium eundem inobite acceptasse probatur: Idcirco Iudicium tam Officium Gravaminis quam Præfata Broniewska contraventionis poenas succubuisse sententiatur et decernit, quatenus respectu gravaminis Officium seu potiq; Pars pro ipso Centum marcas Polonicas Parti Actores et Iudicio præsentibus per medium, Parti quædam pro Terminis infra scripto, Iudicio vero præsentibus in instanti; Præfata vero Broniewska pro contraventione pro illo tempore succubita Duplex vadium Capitaneale Parti Actores in Terminis infra scripto statuitione Testis, Iudicio vero præsentibus simplex in instanti solvat. Supplendo nihilominus per Kochlewski præstitum Juramentum decernit Iudicium, quatenus Præfata Broniewska alium Testem Nobilem Possessionatum in proximis post sex septimanas Castrensibus Neocorovyrensis Querelatum Terminis pro præstando Juramento statuat, sub rigore infra scripto. Porro quantum spectat Contraventionem ex Actorate Successoribus olim Protonum Chrostkowskich intentato introductam, ex quo Protes Joannes Chrostkowski Juramentum injunctum statim tempore coram supra scripto Officio cum Testibus præstitit; Ideo ipsum a Causa et impetitione Actoris iudicialiter liberum facit et pronuntiat. Quantum autem attinet reliquos Citatos, Præfate Helizabettas Chrostkowskie olim Protonum Petri Vice-Capitanei Castrensis Landensis, et primo Stanislai, posthac Joannis Chrostkowskich Consortes, et olim Petrus Stanislai, Successores, siquidem eadem Præfate Chrostkowskie in citationibus distinctim posita juxta præscriptum anterioris Decreti Tribunalitij, curam prænominate Officij Castrensis Neocorovyrensis Juramentum non præstitissent, Iudicium præsens ipsas poenas Contraventionis succubuisse sententiatur et decernit: Quatenus eluendo præmissa Contraventionem, tum et in sublationem condemnationis sup Meritis ipsarum in Anno 1670. obtentâ, hactenus non sublata, qualibet ex persona sui triplex vadium Capitaneale Parti Actores, et Iudicio præsentibus totidem, parti quædam circa præstandum Juramentum, Iudicio vero in instanti, qualibet ex persona sui solvant. Nec non Juramentum Decreti anteriori injunctum tam eadem, quam et Protes Alexander Chrostkowskie cum sex testibus Nobilibus Possessionatis in eam Potam: Lucia Sectam Anglicanicam non profiteretur, nec ullam Complicitatem sectatoribus detestabilis fidei Anglicanæ et quoquo modo præberent, nec ullis blasphemis erga fidem Catholicam Orthodoxam Romanam, aliorumque Objectionum Citationem Actoris complexorum sunt rei, nec poenas, pro quibus conveniuntur succubuerunt, in proximis post sex septimanas Castrensibus Capitanealibus Neocorovyrensis Querelatum Terminis exequantur: Ubi Parti tam Actores ad attendendum, quàm et Citatis ad præstandum Juramentum terminis per Iudicium præsens præfigitur et conservatur peremptorius.

Contraventio anteriori Decreto per Broniewska.

Pœna pro Contraventione.

Nihilominus satisfactio.

Contraventio pro Chrostkowska.

Pœna pro Contraventione.

Juramentum.

Posthac
quod

Petroselin
Minister.

Quoad Personam Discreti Petroselin Sectae Calvinianae, uti ipsi obijcerent, motus, iudicium p[re]sens ex quo diligentiam de Satisfactione Decreto Tribunalis Curiam Illyricam et R[ati]o loci Ordinario fecisse probatur, nec ipsi remittentia juramentum est retardatum, idcirco ipsum non contravenisse iudicium sententiat. Nihilominus

Comprobet et
evadat cum
Ministris 2.
Nobilibus 4.

Satisfaciendo Decreto Tribunalis Anteriori, Religionem suam quam promittente publica profiteatur, comprobet, simul et evadat in eam Rotam, id cum duobus Ministris ejusdem Sectae, et Nobilibus Possessionatis Levator; Prout Sectam Arianam clam et aperte non promovet, Verum in Sanctissima Trinitate Deitatem et Personalitatem Filij Dei et Spiritus S. Deo Patri Coeternam et Coequallem, tum Resurrectionem te et post partum, Animarum immortalitatem et Operationem post obitum profiteatur nec ullam Complicitatem Sectariorum fidei detestabilis Arianicae, per se aut subordinatas personas praebuit, nec ulli blasphemiam erga fidem Catholicam Orthodoxam Romanam per se, aut Stractores suos, et personas instructas, tum et aliorum Objectionum in Citatione Actoris positum est reus, nec poenas pro quibus convenitur succubuerit

In instanti co
ram iudicio

Idem coram iudicio p[re]senti in instanti. Ad quam pronuntiandam dicitur: Rotam, iudicium p[re]sens Ministerium Regni Generalem Nobilem Martinum Nadolski addit, in praemissa Citationi sub poena Infamiae, quae in casu Decreto p[re]senti in praemissis per scriptos Citatos contraventionis sup[er] ipsi et bonis eorum omnibus iam nunc per iudicium p[re]sens decernitur, et publicanda ejusdem poena Infamiae Terminis post Contraventionem in duabus septimanis proximis ex eodem Registro coram iudicio Tribunalis Regni Lublinski praefigetur et conservatur peremptorius.

Sub Poena In
famiae.

Et quoniam satisfaciendo Decreto superius expresso, hoc idem Juramentum Discretis Joannes Petroselin Ministerium Serepanovicis cum Testibus, et eodem Discretis Daniele Aram Piasenski, Wladimiro Nemirovski Rejovienis Ministris, et Provisis Paulo Orzechowski, Boguslawo Gladifero Chetnenski, Joanne Orzechowski, et Theodoro Suchodolski, in facie iudicij p[re]santis attentante Rurdo Wlodek Actore, praestitit et praestiterunt, Idcirco post p[re]sentem hoc Juramentum iudicium p[re]sens Discretum Petroselin a causa et impetitione Actoris juridica liberum hoc in puncto sententiat, et Partibus eo nomine perpetuum imponit silentium. Denique eadem Parte Actorea poenas Contraventionis in tribus Gymnasionum circa Fanum seu Synagogam Serepanovicensem extructarum de plano non demolitionis urgente, iudicium p[re]sens circa Actum Condesensionis allegati Officij Castrensis Neocorocynensis proprios Haeredes Serepanovic ad

Praestitit cum
Testibus.

Evadant
Chrostovsky.

Evadant, id cum duobus Testibus sibi Penere similibus coram iudicio p[re]senti, id in quatuor septimanis proximis, ubi Partibus utriusque Terminis praefigetur et conservatur per iudicium p[re]sens peremptorius. Pro quo Terminis Pars Actorea Gnomum Rey Libri certi ad

Rotam iura
menti.

Evadant, id cum duobus Testibus sibi Penere similibus coram iudicio p[re]senti, id in quatuor septimanis proximis, ubi Partibus utriusque Terminis praefigetur et conservatur per iudicium p[re]sens peremptorius. Pro quo Terminis Pars Actorea Gnomum Rey Libri certi ad

In 4. septima
ms.

Rey aduitan
dui.

Acta proprii Districtus recognosci procurare tenebunt. Ubi Partibus et dicitur: Tandem Terminis ut supra conservatur peremptorius. Nihilominus Scandala publica et Occasiones Haeresis amovendo decernit iudicium p[re]sens, Levatorum

am prænominati Hæredes Serepanovice qm̄ fidei Petroselin Fam Serepanovi
 npi Minister et ipsius succedanei Gymnasia demolita extruere et Studia
 ram amplij instituero, erigere, illaq̄ Inventuti clam et aperte tradere non pra
 mant. Suprascripty quoq̄ Petroselin Religionis sua duataxat seu secta attendent,
 b administratione sacramentorum personis Fidei Catholica Orthodoxa Romane comu
 tentium, tum humatione et sepultura defunctorum Catholicorum, alijs quibusvis
 unij, ritibus ac solemnitatibz Ecclesiasticis, qua veros fidei Catholica Romane Alum
 os concernunt, omnimode abstinere, nec se quovis modo in ejusmodi Officia ingerat, cum
 oticis quoq̄ personis ejusdem secta Alumnis conversari non audeat, nec psumat.
 qua pramissa facturi sunt Hæredes Serepanovice et Petroselin. Et qdem quoad eri
 enda in Serepanovice Gymnasia et Studia Liberaum exerenda sub demolitione
 amissione Fami ad instantiam pporij Parochi p̄prio facto Illm̄ ac Rm̄ Loci Or
 inarij urgenda. Quo vero ad reliqua puncta sub poena Infamie, qua in casu per
 prascriptos Hæredes et Petroselin Decreto p̄senti in pmissis Contraventionis sup
 is et bonis ipsorum graliter omnibz, jam ex nunc per Judicium p̄sent decernit
 publicandz ejusdem poene Infamie Terminy ex Registro eodem, p̄dicia nihil
 ing Adicatione coram Judicio Tribunalitio Regni Lublinensi p̄figit et conservat
 emptoris, Inquisitionem Profo Dobek indicenti rursus extradendam demerdat,
 extrudere mandavit.

Concepit Sugowski.

Franciscus Stoinski Iudex Terrestris Lublinensis, mpp

(L)

Præcussio
tio in posse
rum.

Pijor in casu
Contraven
tionis.

Decretum 3^{ium} in caa. Per. Bithneri, Apostatar, et Judai.

3.
DECRETUM.

Actum Sublimi, in Judicij Ordinaris Praelibz, Tribunalis Regni, Feria 3^{ia} post
 Festum Præsentationis B. V. Mariae, Anno Dni 1688.

Judicium p̄sens Ordinarium Praele Tribunalis Regni Lublinense, ad affectationem Dom. Rv. Pa
 mski, Decani Chodlensis Parochi Belzyensis Decretum infra scriptum, in 2^{as} Partes inferius no
 natas, sub Actu supra scripto latum, ex Actis Judicij sui sine essentia rei, de verbo ad verbum
 out in ydem Actis continetur in tenore sequenti. In Termino itaq̄ hodierno, vigore p̄senti
 creti, conservationisq̄ ipsius Terminy, ac p̄sentium Judiciorum ordinationis legitime ad p̄sens
 eidenti et provenienti parte ubiq̄ Actoreâ nimirum Dom. Bundo Radomski Parochi Bel
 zensis personaliter, citata vero videlicet Profo Boguslao Orzechowski suo et statuen
 am. noie personaliter (excepto infideli: Juda Jzpowicz) comparente et contravertente:
 tum p̄sens Ordinarium Praele Tribunalis Regni Lublin, controversijs partium prolixè il
 tis, factis, ex auditis, maturaq̄ Judicij trutinâ ponderatis, ad lectionem Inquisitionum ea
 causa deductarum condescendit. Quibz lectis, et p̄ oet circumstaas respectu cujuslibet Per
 na distinctim p̄sensis, et imprimis, Quantum attinet Discretum Joannem Bithner, mi
 stum Fami Belzyensis, Judicium p̄sens, quoniam ex Inquisitionibz deductis obiectorum con
 ntis Citationis Partis Actoreâ comprehensorum, non arguitur esse reus, Idcirco ipsum a
 et exere
 causa et impetitione A. Bundi Actoris iudica, tum et Profo Boguslao Orzechowski
 causa Statuitionis ipsiq̄ liberum facit et pronuntiat. Porro quantum spectat statuiti
 Abraham Perstini, Hedigis Nemorecka, Anna Kleparska, et Joannis Bronski, Ju
 dum quoniam ipsos Profo Orzechowski p̄senti in Termino iuxta anterieg Decretum Tri
 nalitium statuit, nec discreti Bithner Minister ad Apostasiam Inductionis, nec Abrah
 stinis Apostasie convincuntur esse rei, Ideo Judicium hocce ipsos in hijs punctis, idem a
 causa et impetitione A. Bundi Actoris iudica, liberum facit et pronuntiat: Contra statu
 uero Nemorecka et Kleparska ac Bronska citationem dirigere mandat. In directione
 tem causa Inquisitionibz, eisdem trutinatis, siq̄dem eadem p̄a inserta Nemorecka et Kleparska
 vera fide Catholica nata sacroz Christi baptisate ad Ecclesiam Dom. Kobylanensem (ut metri
 ca

Companio.

Judicium.

Quantum ad
tinet Bithner
Ministram.

Minister li
ser.

Libertas a
Statuione

Contra Statu
tos Actio di
nigatur.

Licet Statuti de
mementis Poe
nas Legum.

Nihilominus quia
in juvenili aeta
te avocati.

a poenis ex Cle
mentia liberi.

Redeant ad fi
dem in Liberis.

Facturi sub
Poenam Infami
ae et Colli.

Præcautio.

Non foveant
pueros Catho
licos.

Pulsu Campana
rum non pnt
dant Catho
licam.

Rigor.

Juda Serzow
wicz adulter
cum Anna fa
mula crimin
naliter judi
catus.

Statutio pro
sumendis poe
nis, sub onere
causae.

applicatio ad
Penitentiam Catho
licorum.

Judai solvant
triplex Ca
usum.

Familiam salu
ticam S. Orze
chowski a Ju
dis amoveat.

Admonitio.

Rigor imposi
tus in Casu
Contraveni
onis.

ca baptizatorum circa Inquisitiones explicat) uncti, Bronski vero à fide Græco-Bohemica Unitate
avocatus fuisse probant; Et licet poenas ex præscripto Legis publicæ conditas succubuisse inveni-
untur, nihilominus Judicium præsens, attentæ ipsorum in Juvenili aetate, per olim Inosam Meger-
ska Matrem, sub tempore excursionis Ungaricæ extra fines Regni in Badogro, et Generotam Orze-
chowka Filiam Bronskiego à tenens ad apostasiam, cum quibus crimen extinctum est indu-
ctione, à poenis præmissis ipsos ex dementia Judicij sui relevando, in gremium tamen Sanctæ
Romane Ecclesiæ restituendas, et restituendum esse censet et decernit. Quatenus eadem præ-
missa Nemorecka, Kleparska et Bronski, cum liberis utriusque Sexus, intra unam Septimanam
nam ad S. Orthodoxam Religionem Catholicam Rom. redeant, Erroresque Calvinisticos et Pseu-
do Evangelicos publicè revocent, nec à vera S. Romano Catholica quovis modo descendant
Religione. Præmissa facturi sunt sicut tacti Bronski, Nemorecka et Kleparska, sub poena
Infamiae et Colli; quæ in Casu Decreto præsentis in præmissis Contraventionis, ex nunc super
ipsis per Judicium præsens decernitur, et pro executione de personis eorum, ad Instantiam
modum Reu. Actoris, seu in defectu ejusdem faciendæ, ad locorum Capitaneos, et Officia-
ria Civili remittuntur. Amovendo autem hujusmodi detestabiles Apostasie Occasiones, in-
jungit Judicium præsens, quatenus Discreti Bitner, ejusque Succedanei, Pueri Catholicos
infra Annam Decimum Octavam existentes, ad servitium sui suscipere, et Dogmatibus Cal-
vinisticis Catholicos imbueri, atque Apostatas ad Fanum suum quovis modo admittere, tum
pulsu Campana Calvinistica Ecclesiam Catholicam Belzycensem antecedere, non præsumant
sed sub poena Infamiae. Quæ in Casu Decreto præsentis in præmissis Contraventionis jam ex
nunc super ipsis decernitur, et publicandæ ejusdem Poenae Infamiae Terminis, ex eodem
Registro per Adcitationem, per Judicium præsens præfigitur et conservatur peremptorius.
Quia ad præsentem, per ipsum Poena Quatuordecim Marcarum Polonicarum parti Actoris
et Judicij præsentis totidem, Parti quædam sub Majori nempe Duplici quatuordecim Marcarum
Polonicarum, Judicio autem præsentis in instanti, sub poena Bannitionis solvenda.

Et quoniam ex iisdem Inquisitionibus infidelis Juda Serzowicz, non attentè for-
dine Poenarum, libidine cum laboriosa Anna famula sua Catholica conversationis,
ejusque contra Præcepta D. crimine Adulterij imprægnationis, tum et eadem laboriosa
Anna famula ejus scandalose proli Judaica adulterina coinquinationis, manifestè con-
vincuntur esse rei, proinde Judicium ipsos uti Jure et facto infames, Inquisitionibus approp-
riè convictos, poenis Criminalibus videlicet Capitis, sub esse sententiat et decernit. Quatenus
Inosus Orzechowski, tam dictum Juda Serzowicz Adulterum, apud heredes Opole sine
et ab Actu præsentis, intra spatium 6. Septimanarum proximarum evincat, et coram Officio
Castrensi Lublinese statui procuret, Quam et Laboriosam Annam famulam pro eodem
tempore ad sumendas poenas Criminales Capitis, faciendæ de ipsis personali Executione
statuat, idque sub onere Causæ, ubi Partibus coram prænominato Officio Castrensi Lublinese
Terminis per Judicium præsens præfigitur et conservatur peremptorius. Posthac quando-
quidem ex præmissis Scrutinij Juda Belzycensis ad servitium prohibita famularum anno-
atim et septimanatim contra Leges Regni sibi applicationis, scandalorum commissionis,
et Legum ex contriventione Hæresis convulsionis rearguuntur esse rei, Idcirco Judicium
præsens decernit, Quatenus ipsi seu potius Inosus Orzechowski pro ejusmodi ipsorum ausu
quodammodo Capitanee parti Actoris in quatuor Septimanis, coram Officio Castrensi
Lublinese, Judicio vero præsentis totidem in instanti solvat: Nihilominus Judicium præsens
injungit, Quatenus Inosus Orzechowski Familiam utriusque Sexus, in spatio duarum Septima-
narum à Judicis Belzycensibus amoveat, et nullatenus Catholicas personas ipsis famulan-
tiat. Ad extremum eosdem Judicos, incedente cum Sacris ad infirmos, vel Professionaliter, A. R. R.
Parocho Belzycensi secedere, et à Conspectu ejusmodi abstinere demoneat et adigat: Testis
by ante 9. horam potationes quasvis serio prohibeat: Præmissa facturi est Inosus Orzechowski
sub poena Bannitionis perpetuæ, Judicij vero Infamiae. Quæ Poenæ in Casu Decreto præsentis per
Citatos contraventionis jam ex nunc super ipsis decernuntur, et Terminis publicandæ eandem
post Contraventionem in proximis Castrensi Lublinese Quærelarum Terminis, per Judicium præsens
præfigitur et conservatur peremptorius. Quia per ipsos de ipsis 14. Marcarum Polon. parti Actoris et
Judicij præsentis totidem, Parti quædam sub Majori nempe Duplici 14. Marcarum Polon. Judicio v. præsentis in
instanti, sub poena Bannitionis solvenda extradere mandavit.

Mors et Dominus Lipski Præsidens.
Mors et Dominus Henigrek Palat. Sivad.
Marschalcus.

(L.S.)

Franciscus Stomski Index Terr. Lubl. Inpro

Dies
tum
pess
tio
prias
to gr
civil
illat
striff
no,
et ob
sitar
jure
re c

LIBELLUS SUPPLEX

Serenissimo ac Potentissimo Principi ac Dño,
Domino AUGUSTO II.

D. P. Polonia Regi: Duci M. Lithv.

ut et
Congregatis in Comitibus Regni, a. 1716
REIPUBLICÆ ORDINIBUS
humillimè et reverenter
exhibitus

in
DISSIDENTIBUS IN RELIGIONE CHRISTIANA
in Regno Polonia et M. D. Lithv.

Serenissime et Potentissime DEX,
Domine Domine Clementissimè!

Vosque reliqui
In Comitibus Regni congregati Reip. Ordines!

Iuxta tandem desiderata illa, illa tot votis expetito
Dies, quæ Respublicæ gravissimis jactata tempestatibus, por-
tum jam quietis tenere videtur; quæque Evæ, plurima per-
pessi mala, eorundem finem sperant, ac prospiciunt.

Nobis infra scriptis ex illis malis gemina veluti por-
tio obtigit: nam præter publicas comunesq; calamitates, pro-
prias etiam, nempe Ecclesiasticas, sensimq; quæ quidem tan-
to graviores Nobis acciderunt, quod non ab hoste, sed à Con-
civibus, à Legum defensoribus, à Justitiæ Præsidibus, Nobis sunt
illatæ.

Soliti sunt Majores nostri, simili forte pressi, in Illu-
strissimò hoc Comitiali Patria Conventu, cùm in gremio mater-
no, Quærelas suas deponere, malorumq; remedia petere,
et obtinere: Nos quoq; cùm priorum præsentiumq; adver-
sitatum sensus, tum novarum imminentium metus, spati
jure parique fiducia in Augustum Vrum Conspectum prodi-
re compellunt, Serma Reipublicæ Panegyris!

Si

Si, *Qui sumus?* queritis; Sanguis vester sumus, caro de carne vestra, et os de ossibus vestris; eiusdem indulgentissimi Matris filij, eiusdem splendidissima Reip. Concives, ortu et nascendi prerogativa Jurium Vobiscum aequalitatem fortiti.

Si, *Qua sit Religio, et Fides Nostra?* inquiritis; Eundem Vobiscum DEUM Triunum, eundem Salvatorem crucifixum, eundem Spiritum sanctificatorem, agnoscimus, veneramus, colimus; Eadem divina Oracula in Scripturis tradita pro norma Fidei; ab ijs vel latum unquam discedere, pro piaculo, habemus: Trio illa S. Ecclesiae Catholicae Symbola, et Concilia Oecumenica priora IV. ab Universali Ecclesia recepta, et Ipsi toto pectore probamus, suscipimus, amplectimur. Nullus unquam Atheus, Epicurus, aut atra Arii Socinive haeresi notatus, inter Nos reperit, fuit. Idem Vobiscum fidei et salutis fundamentum illibatum tenemus; quamvis in superstructuris quibusdam idem per omnia sentire, Conscientia, cui reliqua posthabemus omnia, prohibeat.

Si *Jura et Privilegia nostra* queritis, sunt illa VIII. Regum ab Henrico Valesio, ad modernum Regnantem, non interrupta serie sibi succedentium, Juramenti sapienter iteratis munita; sunt sanctissimis Reipublicae sapienter confederata vinculis, sub Conscientia, Fide et Honore, adstricta, sunt publicis Regni Legibus et Constitutionibus, firmata, et pro *LEGIS AETERNA* declarata; et si quid vel humanum genus, vel Respublica Christiana sanctum habet et inviolabile, id omne causam pro Nobis dicere censei debet. Si vero *Gravamina nostra*, et Juribus adversa, vel facta aliorum, vel nostra fata alleganda sunt; illa quidem in tantum eheu! cumulum excreverunt, ut ubi dicendi initium, ubi finis faciendus sit, haud reperiamus.

Diu equidem siluimus, non, quod querimonia materia deesset; sed quod somnium vix daretur opportunitas; aut si daretur, Rempublicam tamen publicis cum malis colluctantem gemitibus nostris obtundere vereremur. Accedebat, quod injuria Nobis intentata magnam partem privatorum fuerunt, quas patientius talibus, spe preti, Rempublicam, cuius et Nos pars sumus, cum Jurium favorum Dominam, remedium opportunum tempore allaturam esse: Nunc, cum ab ijs maxime, qui publica in Regno auctoritate pollent, juris spee premamur, Jurag. Nostra et Libertates propalam conculeant, nullo tandem piculoso silentio imploranda Nobis et Benignissima Mater, Serenissima Respublica!

Au,

Audi nos ergo Serenissime Rex, Domine Clementissimo:
 Audite Illrmi Senatūs Utriusque Proceres; Audite Equestris
 Ordinis fides indyti, ut Vos quoque audiat DEUS! Primo quidem 1.
 ipsa basis Jurium Nostrum à quibusdam convellitur, quando Dis-
 sidentibus Jus negatur; sola, ut volunt, TOLERANTIA concessa;
 nempe ad arbitrium cuiusque, tollendo, eripienda. Cum tamen illa, qui-
 bus Jura et Libertates Nostrae nituntur, Confederationes, inde ab
 Anno 1573. in oibus Interregnis repetita, auctoritateq; Publica Volu-
 mini Legum et Constitutionum inserta, partem Legum Regni, ipsi-
 usq; Juramenti, à Regibus in Coronatione præstandi, faciant, ideo LE-
 GIS ÆTERNÆ axiomate in Confederatione anni 1648. merito in-
 signita. Fusius ista scriptum typis expressum, et Libello huic Suppli-
 ci humillimè iunctum exhibet.

Porro, omnis Dissidentium securitas tollitur, ac uno velut 11.
 ictu prosternitur, quando Causæ eorum Ecclesiasticae, invitæ et relu-
 ctantibus Legibus, Judicis Tribunalis Regni permittuntur: Judicio,
 quod ab invehenda in Poloniam Nostram Inquisitione exotica parum ab-
 est; nostriq; extirpationem sibi propositam habere, haud leuibus
 indicijs manifestat. Verum enim verò, hoc Judicium ipsam limi-
 tatum et circumscriptam per Constitutiones Ann. 1578. 1611. 1627.
 1638. 1650. 1667. potestatem habens, Causas Dissidentium Ecclesia-
 sticas sibi non commissas, verum sua potestati exceptas, soliq; Regi,
 et Statibus Regni in Comitibus Prælibis reservatas, indebitè et incom-
 petenter ad Jurisdictionem suam trahit; et quod magis intole-
 rabile, perniciosè Jurium detorsione eisdem Dissidentes, alias
 plenam Libertatis cum Catholicis civibus coæquatione gaudentes,
 quasi declaratos Hæreticos, Deum Triunnum ad Symboli Nicæni nor-
 mam non agnoscentes, ex Regestrò Arianismi, (contra diversa
 verba Legis Ann. 1678. et 1685.) judicat. Ita facile bonis, fortu-
 nis, honoribus, vitæ, et quæ his omnibus cariora habent, Templis
 privandos. Ejus ergo eminentis in Regno Judicij æquitatem et
 justitiam, ut in Causis Civilibus veneramur et exosulamur;
 ita in Spiritualibus et Ecclesiasticis, ob irremovibilem Cleri Romano-
 Catholici potentiam et zelum, merito desideramus.

Tristi quippe Experientia docti sumus, in hoc Judicio, si de
 re Ecclesiastica controvertatur, Dissidentibus infallibiliter causam ca-
 dendam esse: impune enim hic laceessimur, adversariis perpetuo
 favorem Juris habentibus, quasi de promovenda Dei gloria, et
 de honore religionis Romano-Catholicae agatur.

Inde sapius accidit, ut, quando inter Catholicum et Evangeli-
 cum causa profana agitur, callidè Ecclesiastica in subsidium vo-
 cat.

cetur, atque hac illi studio commisceatur, ut Evangelicus utraq; cadat: quâ ratione plurima Nobis templa erepta, plurimâq; indigna alia illata esse, nemo ignorat. Sic muperrimè contigit, ut, cum quidam Nostrum sive Gnosus, argentum debitori catholico mutuo datum repeteret, hic Creditori suo crimen blasphemiae objiceret, hoc pacto debitam solutionem evitaturus.

Tritissimum verò hoc ipsum aduersariorum artificium est, ut coram Tribunali, ob unam fortè alteramve voculam, vel omnino confictam, vel religionem obliquè tantum concernentem, Dissidentibus titulo blasphemiae acerrimae lites moveantur: Et, nefandum quidem blasphemiae crimen capitis supplicio expiandum esse, ultra fatemur; cum Divinae humanaeque Leges id exigant: sed vera sit oportet blasphemia, quae ita puniatur, Legibusque Divinis et humanis definita; non malevolorum arbitrio, vel praesudicio aestimanda, aut mala causa, (quale quid Nabothae accidisse legimus,) dolose praetextenda. Tribunal verò in Nostrates, etiam non blasphemos, tanquam in blasphemos atrocissima Decreta vibrat; idque saepius non citatis legitime nec auditis reis, multò minus testibus adhibitis legitimis, sed iis, qui pudorem abiecerint, et de eo testimonium dicere non verentur, quem ne viderunt quidem unquam. Hoc pacto petulantissimè quisque in Dissidentes liberè gravatur, eorumque fortuna et Vita est doming, quisquis sua contentor sit conscientia.

Ut enim Eberziorum, Porzerij, aliorum, tum Nobilium, tum Plebeiorum fata praetermittam, haud ita pridem Vasalles quædam Sereni Regis Prussia, qui in Exercitu Regni Centurio fuit, nomine Kehler, ex iniquissima accusatione cuiusdam Advocati, ob meram injuriam verbalem, ab ipso illo Advocato ante in Lutheranum vibratam, et à Kehlero in Curiam. Dnam retortam, à Tribunali, inauditò in Christianos exemplo, ex capite blasphemiae, quasi ipsa divina Majestas, non mortalis homo, laesus fuisset, processu summe tumultuario, ad ejusmodi mortis genus condemnatus fuit, quò vel ipsum laesa Majestatis crimen severè non exigisset, nempe Excisione linguae per cervicem, et dissectionem corporis in quatuor partes: quod etiam atrox supplicij genus non nisi imposita abnegationis fidei Evangelicae necessitate, in poenam colli mitigationem fuit: eaque cuncta tam praecipitanter gesta sunt, ut in criminis admissionem et latae sententiae executionem, non nisi 40. horarum spatium inrecesserit. Praetentorum tamen exemplorum atrocitatem, si omnes expendantur circumstantia, superare videtur recentissimum illud, Anno praeteriti

Enosi Sigismundi ab Unrug, Hæreditarij in Ponic; de quo sibi præstat, quam pauca dicere; prolixius illud est, quam ut hic possit enarrari; et notius quam ut narrari debeat: de cuius rei fide, si posteritas aliquando dubitauerit, id ei ignoscendum erit; nam et nos ipsi oculis auribusq; nostris visa et audita vix credimus, quia inter Christi nomen professos talia geri posse stupescimus.

In cumulum verò injuriarum, quibus Tribunal nos afficit, accedit, Quod in Citationibus, et Decretis suis nefandâ Hæreticorum appellatione subinde nos traducat; utique contra Stilum Legum et Constitutionum Patriarum, quæ nuppiam Hæreses notam nobis impingunt, verum Dissidentium in Religione Christiana appellatione nos cohonestant. Sed iudicium illud ipso nōcō Præiudicium nobis facit, ut, dum Hæretici dicimur, hoc ipso infames, populo exosi, et bonis sibus abominabiles reddamur. Præterea hæc Tribunalis in Nos asperitatem vidit Serma Resp. Ideoq; usurpatam ejus in Nos licentiam severis Legibus, coercendam sibi duxit, imprimis Constit. An. 1627. Confederatione An. 1632. nec non Constit. An. 1638. etc. quarum Constitutionum verba, cum prolixiora sint quam quæ hic inserantur, ea, ut in adjuncto Scripto pag: 19. 22. 27. legere et expendere dignemini, humillimè oramus. Deprehendetis ibi, Leges Patrias non solum Tribunali talium Causarum cognitionem disertis verbis interdixisse, verum etiam talia Decreta, seu Pacem publicam turbantia, nullitati subesse jubere. Tantum verò abest, ut salutare ista Leges effectum sortita sint, ut contra Decretis illis Clausula Infamiae in contra-ritentes annectatur, ne quis contra vel hiscere audeat. Hæc ergo fundi nostri calamitas: hic fons et origo malorum! Iva enim Nobis fiunt injuria, vel iniuria Tribunalis fiunt, vel fiducia.

Hinc fit, ut Tempia nullò jure, subinde ne juris quodam specie Nobis adimantur. Adempta verò, Vel sacris Romano-Catholicis vindicantur; quod post plurima alia Ossowasiniensi et Radziwiłłowiensi contigit: in cuius posterioris occupatione, a 1715. quam graviter in ipsa demortuor' ossa scitum sit, omnes norunt. Vel planè diruuntur et solo dequantur; tum Iudicij adhibitâ solennitate, quæ Parciensis illi calamitas fuit; tum privato hominum maleferiatonum ausu, sed Superiorib; probando protegendoque, quod Szczebanowicensi templo nup. er evenit, cum per malitiam cuiusdam incendiarij, nocturno

tem-

tempore, subjecto omnibus ex partibus igne, flammis absumeret,
tristi fato: nisi tridig esset, quod consecutum est. Etenim Illu-
strissimus et Dominus Episcopus Cracoviensis sub multa 2000. du-
catorum reedificationem istius templi, ulterioremque, quamvis
sub tentorio, religionis Evangelicae cultum, sub captivitate per-
sona Ministri eius Ecclesiae, et poenam colli inhibuit: Clerus
vero ejus Dioeceseos reinceptam templi structuram, non so-
lum armata manu disturbavit, verum etiam, nullam alieni
fundi, juris, dominij habitam ratione, privatam auctoritatem,
quasi pro possessione loci in rem suam capiendam, in medio
ejusdem templi figuram Crucifixi erexit.

Atque hoc ipsum, ad illud, quod hic restabat, querelam
caput nos inducit, nempe Templorum restorationem
tantum non ubique Nobis prohiberi. Id templa in Wengrow,
Lapczyn, Wola, Wielki Turck, Piaski, etc. contingit, quae
vetustate exesa ruinam minabantur: idem Sverinensi, quae
A. 1712. belli injuria exustum fuerat: et novissime, postquam
urbs Lesna una cum templis Evangelicis horrendo incen-
dio in cineres redacta fuisset, Illusterrimus et Dominus Episcopus
Posnaniensis templorum reedificationem sub multa 3000. ducato-
rum Magistratui loci, 1000. vero Imperialium cuius grega-
rio opifici manum huic structuram admoturo infligenda,
prohibere conatus est; et remittentes per citationes ad Tribu-
nal regni evocavit.

Serenissima Panegyris, verba reperire miseris
facile, modum verborum tenere difficile esse, ipsi jam capimur:
itaque quae plura dicenda habemus, in pauca contrahenda sunt.
Administratio libera Baptismi, Connubiorum benedictio,
Sepultura defunctorum, nostratibus passim plane non con-
ceduntur; alibi gravi ac nimio aere à Parochis Romano Ca-
tholicis redimenda sunt: cui oneri ferendo cum non omnes
sint pares, inviti ista omnia à modo dictis Parochis suscipere coguntur;
qui baptizatos deinde Ecclesiae Dominae vendicant, et ad sacra ejus
etiam nolentes trahunt: imò ipsam S. Coenae communionem pro-
hibere nonnulli Parochi ausi sunt, non nisi ad schedulas su-
as, solutione pecuniae prius redimendas administrandam.

Cir

Circa Matrimonia, tum contrahenda, tum contracta, Iure Canonico premimur, et Decretis sancitisq; Concilij Tridentini, nec Jurib; in Ecclesia Protestantium receptis vivere permittimur; quæ cuncta tñ facile ijs conceduntur, qui à Nra comunione ad Pno-Catholicam se recipiunt.

Monibus Communio à Parochis Romano-Catholicis violenter nonnunquam obtruditur.

Multis in locis Scholarum libertas planè sublata est.

Verbi Divini Ministris itinera facientib;, maxima bonorum et vitæ pericula creantur, quod tamen personis etiam Civilibus quandoque obuenit. Et nuprimè Viri Nobili, octo annor' stipendia in Exercitu Regni merito; cui in via regia petulantium militum manus obvia mortem intentabat, nisi se Sacra Romana amplexurum esse, dato chirographo promississet.

Varijs in locis homines nostri ad Processiones et Cerimonias conscientie suæ contrarias adiguntur, atque ob earum intermissionem poenis afficiuntur.

Quibusdam in locis, præterito Episcopali interdicto sub poena Excommunicationis prohibitum fuit, ne quis Catholicor' exequijs hominis Evangelici interesse præsumeret, non obstante ullo vel matrimonij, vel consanguinitatis, vel alij necessitudinis vinculo.

Dom. Episcopi crebras passim instituunt Ecclesiarum Dissidentium Visitationes; contra antiquor' tempor' præxia, præcario certe et nullo jure, cum incommodo tamen pauperiorum Ecclesiarum, sumtus eiusmodi ferre minus valentium.

Dissidentes, etiam de Patria bene menti, solo Religionis intuitu, Dignitatib;, illustriorib;, excluduntur: plebesi verò plurimis in locis non solum non admittuntur ad magistratus oppidanos gerendos, sed ne ad jus quidem Civitatis obtinendum.

Plura querelarum capita allegari possent, sed quæ studio brevitas prætermittim;, ut humillimæ petitioni nostræ tandem locum faciamus: hinc

Perenissimo Rex,
Illustrissimi Proceres,
Concives conjunctissimi:

Per amorem Dei, perq; communem Patriam oram; et obsecram;, ut quandoqdem à nonnullis Junium Nroꝝum omnimoda eversio, eor' ipso totalis Nostri extirpatio intenditur, Vestra jam Auctoritate Conscientiarum libertas illibata Nobis maneat, in vita et morte.

Ut

Ut Ecclesia et Schola, inde a Pace Olivensi A. 1660. ablata, restituantur; Nova vero in bonis hereditarijs, ubi opus fuerit exstruere, et veteres quascunque restaurare fas sit: cum leges id nullum prohibeant.

Ut causa Dissidentium Ecclesiastica, non ad Tribunal Regni et M. D. Lithuania trahantur, sed, ex praescripto Legum, in foro competente, nempe Comitibus Regni, iudicentur.

Ut Nobilibus bene meritis, juxta antiquam praxim, sine discrimine Religionis Christianae in patria recepta, et Legibus firmata, ad Dignitates et Officia aditus pateat: Homines vero Civici ordinis, mercatoribus, Opificibus, et similibus in Urbibus Regijs alijsque Jus Civitatis ne denegetur.

Ut Ecclesiarum Evangelicarum Pastoribus seu Ministris, liceat habitu et titulo personis Ecclesiasticis consueto uti; itinera tuto facere; actus Ministeriales, docendi, Sacramenta administrandi, desponsatos copulandi aegros visitandi, etc. apud suae Confessionis homines liberè exercere.

Ut denique huic Augusto Convertui, quem et Consiliorum maxime arduorum mole pressum, et temporis brevitate circumscriptum roribus, placeat, quò res breviter et commodè conficiatur, quosdam e medio sui viros graves, rectique amantes, plenariam facultate instructos designare, usque committere, ut Gravamina Nostra sigillatim exponenda audiant, in merita causarum inquirant, eas in Fundamento Legum dijudicent, lites istas pacem publicam turbantes sopiant, nostraeque libertati et securitati veterum legum renovatione et nova sanctione prospiciant.

Haec sunt humillima Nostra desideria, aequitate naturali, (quae in Populo libero libertatem cum primis Conscientiae exposcit,) mixta; Confederationibus universae Pentis Generalibus suffulta; Legibus scriptis fundata; Juramentis Regum munita; jamque Gratia Regia et favore Vestro, Proceres, atque Concives, promovenda.

Ad Te igitur

Serenissime Rex, Domine Clementissime, humillimè accedimus, freti et innatae Majestati Vrae Clementia, justitiaque amore, et gratiosissimo promisso, quo erga universos Sceptro Tuo subditos, benignissam Voluntatem Regiam declarasti, et Exorbitantium emendationem clementissè pollicitus es. Cum reliquis ergo Reip. Civibus, nobis quoque auxiliatricem Regiam porrige dextram; Nos quoque illustris hujus Coronae indigens sumus, Tu communis Patriae Pater; curam quasumque nostri haud abjicito: Quae fidelitatem Tibi illibatam usque praestitimus, labe nullam maculatam, nullam maculandam. Causa nostra Ecclesiastica, Majestati Regiae, Comitibusque Regni reservata, judicium Te solum exposcunt, justum et benignum expectant.

Ne quæso aedias pravi Consilij auctores, qui Juramento Tuo in Coronatione praestito, Te non teneri, Majestati tuae persuasum eunt.

Non

Non sic
gnorum
Cogn
Societate
Laret, D
gia ultra
Cogn
um III. A
Ecclesiasti
ab illo te
Exp
bis, qui
Vestra au
Stephan
Scripto
memor
Vo
quam
natores
num tar
conscie
nostra
torum
Confede
habuer
numqu
A. 157
hac Di
viente
Confede
scripsit
seipsum
ter ali
Confede
inponun
occafio
testes
curita
primi
fio et
pag:
thie

Non sic, uti isti vellent, Juramentis Regum Tutendum est, quae bases sunt Re-
 gnorum, anchora fidei publica, pupilla securitatis, vincula Reipublicarum.
 Cogitent talium consiliorum architecti, juravisse quondam Principes
 Israeliticos Eabaonitis, hominibus Ethnicis: cumq; Rex juramentum vio-
 laret, Deum injuriam homini suo illatam gravi clade in ipsa familia Re-
 gia ultum esse: 2. Sam: cap: 20.

Cogitent, juravisse unum è Praedecessoribus Majestatis Vrae, Vladisla-
 um III. Amurathi Turcarum Imperatori inducias, cumq; svasu virorum
 Ecclesiasticorum eadem nimpet, Varnam insigni clade notavisse, atque
 ab illo tempore fert Scythicum Pannonis ora jugum.

Expendant ergo isti, quã jurisjurandi religione Majestas Vra, No-
 bis, qui Ethnicis aut Turcis Divinã gratiã meliores sumus, obstricta sit:
 Vestra autem Majestas dignetur gloriosa Serenissimorum Praedecessorum,
 Stephani Bathorei et Joannis III. Poloniae Regum vestigia, (in adjuncto
 Scripto pag: 12. 13. et 36. laudata,) in recolenda praestiti juramenti
 memoria pie premere.

Vos vero, Illrmi et Ami Domini Senatores Spirituales,
 quavis vi Characteris Episcopalis Sedi Pona estis obnoxii; tamen Se-
 natores etiam Regni Polonici Vos esse mementote; Antistites non sacro-
 rum tantum, sed et legum patriarum atque Justitia: quã tales igit per
 conscientiam et amorem patriae, jura et libertates Regni, et in his
 nostras, manutenere constringimini. Praevire vobis tot magna Sena-
 torum Sprualium nomina, qui inde ab Aº 1573. unã cum secularibus
 Confederationum Praelium et particularium pars fuerant, eos rati-
 habuerunt, usq; subscripserunt. Evolvite Leges patrias, Constitutio-
 numque Volumina, videbitis ibi in Comitibus Coronationis Stephani R.
 Aº 1576. eorum, qui Confirmationi Generali omnium Jurium (interq;
 hæc Dissidentium,) subscripserunt, agmen ducere V. Episcopos, Craco-
 viensem, Vladislaviensem, Premysliensem, Chelmensem; Videbitis in
 Confederatione Cracoviensi, Aº 1586. inter eos qui magnò numero sub-
 scripserunt, primò loco eminere Illrimum Petrum Myzkowski, Epi-
 scopum Cracoviensem. Confederationi Praeli Varsaviensi Aº 1587. in-
 ter alios subscripsisse Laurentium Potlicki, Epum Camenecensem.
 Confederationi Praeli Aº 1632. Archiepum Presnensem, & V. Episcopos, etc.

Neque hæc ipsis, secularium multitudini ~~pariter~~ promissis, ac
 ipsorum velut torrente abreptis, excidisse censenda sunt: cum enim
 occasio id postularet, etiam soli Praesules Ecclesiastici, jurium Nostrum
 testes et vindices se pstituerunt; datiq; Assecurationibus, de se-
 curitate Nra nos certiores reddiderunt. Habetis exemplum quatuor
 primi Nominis Episcoporum, Cracoviensis, Vladislaviensis, Posnani-
 sis et Plocensis, Aº 1638. quod evolovere placeat in Scripto adjuncto
 pag: 25. 26. Habetis exemplum Vini quondam in Patria summi Mat-
 thei Lubienki, Primatis Regni et Archiepiscopi Presnensis, (ibid
 pag.

pag: 29. 30.) Habetis Præsulis Iofranienfis, pietate et prudentiâ
Summè conspicui, Nicolai Stanisl. Swięcicki; ibid: p: 39.

Hi et horum similes immortalis laude dignissimi Antistites,
suum pro Ecclesiâ Dño-Catholica Zelum cã temperaverunt æqui-
tate, ne pietatis in Deum prætextu jura proximi violarent; ne,
ve mala facerent, ut evenirent bona. Horum vos, Reveren-
dissimi Præsules, gloriosa legite vestigia, non ignari, Religionem
suaderi non cogi debere: Si verò errare Vobis videmur, commi-
serationem Vestram non exardescantiam nos mereri existimate
qui, cum opib; ac dignitatib; et ipsi florere possemus, contemp-
tissimi, varijsq; injurijs obnoxij vivimus, unam hanc ob causam,
quia conscientia majorem, quam rerum terrenarum rationem
habemus. Vos ergo, Veneranda Capita, in honorem Religionis
Christianæ, atque ipsi Catholica, à nobis opprimendis alieni,
Salutem Nram zelo verè Apostolico ita promovete, ut in-
tellectum Nrum Veritatis demonstratione; Voluntatem verò,
blanditiâ paterni affectus animiq; benefici testificatione Vo-
bis concilietis: Secus enim fieri non potest, quin, prout mor-
tales naturâ comparati sumus, quo Vos nobis graviores ex-
periemur, eò à Communione Vra reddemur alieniores.

Vos denique Illrmi Dni Senatores Seculares,
Vosque ex Ordine Equestri Dni Nuncij Terreſtres,
Fratres desideratissimi, quos inr plurimos esse justitia et
æquitatis amantissimos, violentiarum ofores, nobisq; qua-
ten; Leges nobis favent, faventissimos, agnoscim; deprecam;
Deoque et Vobis gratias agim;, Vos universos per comunem
Sanguinem, perque communia Jura obtestamur, Ut calami-
tatum Nranum sensu tacti, generosa erga Nos misericordia con-
moveamini: qui cum jure æquales Vobis sim;, in ^{fr-}trendis tamen
dulcissima Matris bonis, maximo discrimine habemur: æquales
Sum; nascendi forte, studiis in Kemp. fortunarum et sanguinis
pro Patria profusione. Cum verò, (quod Antecessores Vestros
Antecessores nostri abhinc seculo monuerint,) tria sint, que
suum Reip. felicitatem, constituunt, Libertas, Honor, Secu-
ritas; his omnib; longè inferiores nos esse jure querimus.
Libertate; cum que oium est preciosissima Libertas Consci-
entis, gravatur; templa eripiuntur; Patroni, Pastores, Audi-
to-

to-

toti; exu
nem ex
fami ha
rehoneit
debeban
aggresso
nobis qu
cuigve e
teie fore
es præ
venent
tenent
te Patria
To
religion
stram
bare D
Dum fu
incomm
de alijs
do et
Ingenu
frandi
N
gium
ni. Ut
Vobis r
Vosmer
violam
A
bis pie
à Tyr
tes qua
sibi vi
caps p
sem, p
sum ef
Ne ergo
bi; p

tores, exilio subinde mulctantur; aut securitatis gratia voluntarium exilium subire eligunt. Honore; cum Tribunal Regni infami hæreticorum, heterodoxorum, sectariorum appellatione nos dehonoret. Securitate; cum cessante illa, quam à Legibus habere debebam, securitatis vix umbra supersit; à petulantissimo quovis aggressore emendicanda, aut gravi ars redimenda: neque tutum nobis quicquam esse potest, qui Juris prædicio destituti, præda sumus cuique exposita. Memineritis ergo Juramentorum, quæ Vestri Antecessores Antecessoribus Vris, sub Fide, Honore et Conscientiis toties præstitere; eaque ad Vos pertinere sponte arbitramini: Juramentum enim pro se et Posteris suis; Posterum vero juramento Patrum tenentur, quia commodis juramento aucto partis pace et tranquillitate Patria feliciter fruuntur, atque utinam fruantur perpetua.

Poterant utique priores illi, quò tempore major pars Senatus religionis Dissidentium erat, rebus suis, etiam cum detrimento vestrarum prospicere; poterant tranquillitatem sibi paratam, turbare Republicam; sed illi Consilia eiusmodi procul habuere. Dum sibi liceret Deum pro conscientie dictamine colere, Patriam incommodare, aut concivibus agere facere, nefas reputabant: neque de alijs securitatis sua fulcris solliciti, data Fide Vra, jurejurando et Legibus publicis firmata, satis se munitos existimabant: Ingenua hæc priorum simplicitas et fiducia posteris minime fraudi esto.

Nolite, quæ sumus, vel connivendo probare, juramentum Regium hoc in articulo infirmari; per latus Vrum Vos ipsi ferimini. Ut in formice, uno saxo luxato, reliqua ruunt omnia: Sic Vobis metuendum est, ne, si Leges respectu Vostri luxentur, Vosmet ipsi ruinam opprimamini. Qui juramenti partem unam violari permittit, docet violare omnes.

Neque Tribunal Regni in Vram armate præciem; par Vobis periculum brevi minitaturum: absoluta potestas propinquo à Tyrannide abest. Non ibi consistunt injuria, ubi coeperunt; sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissime evagandi sibi viam faciunt; et ubi semel à recto decurratum est, in præceps perveniunt.

Sapientissimi Viri ne in apertos quidem patrie hostes quicquam statui suaserunt, quod Legibus adversum esset; nempe via licentia patefacta, in probos cives desituro. Ne ergo Tribunal aliquando Reip. grave sit, (prout quædam Nobis pridem esse coepit,) Vos Illustrissimi Proceres Utri-

usque

usque Orvini providebitis, illudq; intra cancellos Legibus
prescriptos ut coercatur, prudenter curabitis.

Sed neque animum Vnū subeat, impune Nos temere
que atteri posse, numero et dignitate aduersarijs impares.
Vindicem potius Iuris atque Iustitiæ DEUM omnipotentem re-
spicite.

Omne sub regno gravioze regnum est.
Quicquid a Vobis minor extimescit,
Majer hoc Vobis Dominus minatur.

Iratum Numen est, cum bellis, fame, pestilentia, regna vex-
tur. Causa cur irascatur, semper sunt hominum vitia; non
rò neglecta Iustitia, et innocentes non defensi. DEUM nuper
malorum belli congerie esse ultum etiam que in Nos sunt po-
cata, Nos Nra modestia dicere prohibet; id vero Vra Vos equita-
tione arbitrar. Recolite, quæsum, quam graves violati
Gabaonitis Jurisjurandi poenas regnum Israëlitarum ultor
DEO dederit; Vobisque antiquam Iustitiæ gloriam, atque an-
mi nullo illata Concivibus injuriæ sensu faucy, decus et fi-
duciam conservate.

Ps. 81.

Tu vero Summe DEUS, qui stas in congre-
gatione Deorum, audias de cælo et faci-
as, et iudices servos tuos, dando cuique
secundum Iustitiam suam! 2. Paralip. VI. 4. 23.

Humillimi Subditi

Fidelissimi Civis

In Comitibus Regni
die Decembr.
A^o 1716.

Dissidentes in Rel. Christiana
in Regno Polonia et M. D. C. C.

Legibus...
 tem...
 p...
 entem...
 est...
 gna ve...
 ia; non...
 r...
 sunt p...
 or equit...
 violati...
 im ult...
 que a...
 us et...

congr...
 et fa...
 ique...
 in: VI: p...

et...


Phran...
 D. S. S.

28

Handwritten signature or stamp in the bottom right corner.

Msc. Dresd.

9 66.



Small red label on the spine.



Res
Diffi-
dentium

9
61